tis citatio.quam limitationem sublimitat,nisi notorie constaret de turpi tudine ex parte recipientis,ita q̃ certum sit parti absenti in hoc nullam defensionem competere, ut ibi per eum. uide Petr.de anca.consi.18.in qõne quæ uertit circa.col.2.Pau.de.consi.259.circa primum quęsitum. col.3.nume.9 uol.2.in nouiss.impress.& ibi addi.in litera,A.Filip.dec.in alleg.c.qua fronte.uersi.fallit primo.de appel.alleg.Card.zab.consi.35. col.2.limitatur etiam regula qñ nemini competeret actio uel aliqđ ius ex iuramento.Feli.in alleg.c.i.col.xi.in prin.uersi.tertio limita.alleg.Za ba.consil.38.quędam habens.sequitur Filip.deci. in alleg.c.qua fronte. uersi.secundo fallit.ulterius limitatur qñ iurauit creditorem in iudicio non uocare uel denunciare,qa tunc non posset citari facere creditorem quin ipse debitor inciderit in piurium.ita Feli. in alleg.c.i.col.11.uersic. quarto & ultimo.limitatur & ultimo qñ periculum esset in mora. ita Filip.deci.in alleg. c.qua fronte.uersi.ultimo fallit.ultimo semp menti te-
3 nendum,& nunquam obliuioni tradendum est,q̃ consuetudine introduci potest,q̃ nõn reqratur talis citatio.ita Barb.consi.85.lib.3.& mouetur per dictum Bal.in auct.siquis in aliquo.C.de eden.dicentis consuetudinem posse solẽnitati citationis derogare.sequitur Alex.consi.41.als.183. habita sup contentis.ult.col.nume.2. uersi. & statutum,& stilus,& cõsue tudo.lib.2.q̃ omnia ista tria idem operabunt.uide addi.ad Filipp.deci.
4 in litera,A,in alleg.c.qua fronte de appella.& q̃ possit ep̃s subditum sibi absoluere a iuramento extraneo pr̨stito sup soluendis usuris,uide Lapum alleg.x.quam alleg.Anto.de but.in.c.postulasti.col.penul.uersi.& ex his tollitur.de fo.compe.& pro plenissima notitia istius absolutionis a iuramento qñ fiet a Papa, qñ ab ep̃o, qñ a iudice s̨culari, qñ a parte parti,& qñ a se sibiipsi.uide omnino Felin.in.c.pr̨terea.a.6.col.nume.
5 17.usq; ad fi.per nouem col.de spon. & qñ nec ep̃s,nec Papa absoluere possint,uide Pau.de ca.consi.290.uisa suprascripti facti narratione. col. 2.nume.3.uersi.sed dubitatur.in litera, A.uol.2.in nouiss.impress. & si iu
6 rauit absolutionem non petere,uide Lud.rom.consi.326. in pr̨senti cõ sultatione,Pau.de ca.cõsi.122.uiso puncto supradicto.ulti.col.uersi.quar to loco.uol.2.in nouiss.impress.Feli.in.c.constitutus.col.9.nume.14.uer si.amplius dicas.de rescrip.glo.i.in.c.tuas.de usur. pro qua uide Feli.in c.debitores.col.6.circa med.de iureiurã.& Vital.in clausul.de absolutio ne a iuramento.folio.185.colũ.3.Maz.de afflic. decis.220.5.et.6.dubio.
7 in fi.& decisio 30.et.80. & si iurauit omnia & singula uera esse, uide do. Alexandrum imoleñ.consilio.89.ante finem,uolumine.2. Maz.de afflict.decisione.6.Alexandrum consilio.17.libro.3.Paulum de castro con silio.306.uolumi.2.quamquam in nouiss.impressio. alleg.Ioan.baptist. impressam post singul.Francis.cremeñ.folio.121. do.Alexandrum in.l.

nemo pôteft.col.4.in litera.D.de lega.primo. Soz.cõſi.155.vl.col.ver.ſi.
8 reſpondetur,vol.ii.& quãdo iſtud iuramentũ dicatur in fraudem appo
ſitũ.Filip.deci.con.403.in fi.vol.3.& de pacto de non agendo iurato.Fi
lip.fran.in.c.i.poſt prin.de litis conte.li.6.& ſi contractus eſt ſimulatus
9 & iuratus an poſſit excipi ſeu agi de ſimulatione, iuramẽto non obſtan
te.Petrus de anca.in.c.ad noſtram.no.v.de emp.& ven.& Filip.deci.in
al.9.403.num.22.Tho.ferra.caut.16.col.pe.poſt num.3.ubi.al. Pau.de
ca.in.l.ſiquis pro eo.ff.de fideiuſ.col.3.verſ.adde quintum caſum, dicẽ
tem,ꝙ tale iuramentum cum non habeat conſenſum dicitur carere ani
ma.et Bal.in.l.nec patronis.C.de operibus liber.dicentem ꝙ nil opera
tur iuramentum,nec erit neceſſe pro eius relaxatione adire epiſcopum,
exigente ſimulatione,& in omnibus caſibus in quibus papa remittit iu
ramẽtum,ſeu habilitat ad effectum agẽdi,non eſt qs periurus, niſi fuerit
papę obiectum.ita Archid.in.c.in memoriam.19.di.quem ad hoc alle.
Bal.in.l.cum non ſolum.§.neceſſitate. verſi.filiis aũt.in fi.C.de bo.quę
libe. & ideo ſemper practicaui ꝙ in omnibus abſolutionibus ſeu habili
tationibus quæ a Roma. curia veniunt,ſemp fiat expreſſa mentio & de
10 clauſula,omnia et ſingula vera eſſe. & de pacto de non petendo, & de
clauſula de nõ obtinenda abſolutione a iuramẽto,& de illa obtenta nõ
vti,& de pluribus iuramentis in eodem contractu contentis,uel in di
uerſis, et de periurio forſan incurſo ad effectum ut a reatu piurii etiam
abſoluatur prius,ut euitentur notata per.Felin.in alleg.c.i.col.12.&.13.
vẽr.ſeptimo quæro.de iureiuran.& iſta ſic collecta notabis,qa alibi tam
ſuccincte reducta non inuenies,& nota ꝙ in curia arciepiſcopali neapo
litana eſt practica,ſecundum quam non cõceditur citatio ad inſtantiam
11 petentis ſe abſolui, ſeu habilitari a iuramento, niſi ad minus ſuperſint
uiginti dies ante aduẽtum termini ſolutionis fiendæ cum iuramento,&
ſi per inaduertententiam concedatur citatio, non operabitur ſuum ef
fectum. ita teſtatur Mazen. de afflictis deciſio.31. in fine. quam uide.
Albericus Oliua.

Iſte ritus diuiditur in duas partes.ſecunda,ibi, citatur tamen.

Iudicis officiũ.

Nota ꝙ ſolet cõmuniter dici
1 ꝙ quoddam eſt officium iudicis per ſeſtans,non deſeruiens alicui actioni, qđ

Ritus Tertius decimus.

Item ſi imploratur iudicis officium ſuper abſolutione, ſeu declaratione nullitatis matrimonii ab habitante Neapoli, procedit ipſa curia, non obſtante ꝙ pars altera ſit alterius dioceſis, citatur tamen ille auditurus tenorem citationis ſeu petitionis, cum nil a parte petatur.

exercetur,qñq; ex mero iudicis facto,ut in inqsitione: qñq; ad instátiam partis,ut in petitione restitutionis in integrum: uel quãdo imploratur contra calliditatem aduersarii, & dicitur officium nobile, quoddam est
2 officium per se non stans, sed actioni deseruiẽs quando iudex mouetur ad propositam actionem per partem,et dicitur officiũ mercennarium, quia deseruit actioni propositę, de quibus plene per spe.in tit. de libel. concep.§.nunc dicendum.ver.octauo ubicunq;.in.4.par.Do.de ro.de.ci.9.in no. Henri.boih.in.c.2.de offi.iudi. & ibi Panor.colũ.i.in prima glo.ibi,communiter dicitur. & Host.in summa,versi,quid sit officium,ubi plene pro materia.

3 **Nullitatis matrimonij.** Licet sit extra materiam ritus,tamẽ vt cognoscantur impedimẽta matrimonii a quibus nullitas oritur succinte colligã illa,num.i 2.quæ his uersibus comprehenduntur,videlicet,error,condicio,votũ, cognatio,crimen,cultus,disparitas, vis,ordo,ligamen,honestas, si sis affinis,si forte coire nequibis,Hęc socianda vetant,connubia facta retractant.et declara,error,si cum berta intendis contrahere & pręsentatur altera.c. tua nos. de spons.Sozi.con.28.i.vol.error si cũ libera,& reperitur serua.c.ii.& fi.de coniug.seruo.uotũ.c. rursus.qui.cle. vel uoue. & intellige de uoto solenni, vt ibi, per glo.cognatio.c.non debet. de consangui. & affi.c.martinus.de cogna.spiri.&.c.i.eo.titu.lib.6.&.c.i.de cogna. lega. crimen,videlicet,homicidium c.super hoc. de eo q du.in ma. quá pol. p adul.disparitas cultus.c.caute.xxviii.q.i.c.in nõnullis. de iude.vis.c. cum locum.c.gẽma.de sponsa.ordo.c. diaconi,28.di.c.siquis eo;.31.di. & ordinatus in sacris matrimonium cõtrahens est excõmunicatus. cle. eos.de consan.et affi.ligamẽ.c.15.qui fidem.c.in præsentia.de spon.honestas.i. publicæ honestatis iusticia.de qua in.c.i.desponsa.li.6.affinis.alle.c.nõ debet.de consan. & affini. & intelligo de affinitate primi generis,et nõ secũdi,quod non habet prohibitionem. Hosti. in summa. titu. de affinitate.§.qualiter ipsa.versi.secundũ aũt genus. coire nequibis.c. de frig.et male.qa si naturę uiciovel maleficio detinetur,matrimonium contrahere non poterit:& vltra,erit etiam,13.impedimẽtum, videlicet, furor ante matrimonium,c.dilectus filius.de spõsa.32.q.7.c.neq;.Alex. consi.54.vol.i.fac.con.Fili.deci.86.col.4.&.5.&.448. p quibus omnibus uide Archiepis.flor.in.3.parte sum. titu.i.c.i.§.quantum ad primũ. & Host.in summa.titu.de matri.§.qualiter impediatur.in quibus præmissa nõ ita quotata reperies,et habes causas nullitatũ & declarãdi matrimonium nullum.

4 **Ab habitante Neapoli.** Et tunc non contestatur lis,tamẽ si pars cõparet fiet litis con

testatio.Bal.in auc.si omnes.C.vt se ab here.absti. quem refert & sequitur Panor.de off.iud.c.ii.col.2.post prin.& dicit esse dictum satis no.tm pro isto ritu in indiuiduo est doctri.Panor. in.c.ex parte.4.not. de resti. spo.per rationem istius ritus,vc3,qa nihil petit ab alio,sed tm a iudice,& originaliter ipse est reus,qa conueniedus est principaliter sup matrimonio coram iudice suo,ex quo negat matrimonium.cõfirmatur per alleg. Lap.alleg.x.in pximo ritu alleg.quam alleg.Ant.de but.in.c.postulasti. col.pe.de fo.compet.in qua dixit q agitur tm de tollendo ligamine sibi subiecti.ergo & de liberanda aia eius,nec de aliquo disponendo circa p. sonam absentis,& dixit pro hoc esse casum in alleg.c.postulasti.& pro forma istius citationis vide Sozi. in tract.de cita.artic.20.q.iiii.&.23.q.viii. quem alleg.in.i.ritu.in glo.in ver.in citationibus.circa medium.ibi,pro diuersis. Albericus Oliua.

Diuiditur iste ritus in duas partes,secunda,ibi,& idem.

Ritus Quartus decimus.

Item de causa pendente in dicta curia fit significatoria & inhibitoria iudici saeculari:& idem de cã spectante ad curiam ecclesiasticã.

De causa pen
1 dente.Vt causa dicatur pendere sex requruntur.
Primum,q citatio sit decreta.Secũdum q sit decreta a competenti iudice. Tertium,q ad citatum peruenerit, vel per eum steterit,quin peruenerit. Quartum,q ex citatione plene potuerit instrui. Quintum, q citatio sit apta.Sextum,q nuncius sufficienter intimauerit.ista oia not.Zab.in cle. ii.no.4.vt lit.pen. & per talem citationem inducitur cum effectu taliter pẽdentia q eius taciturnitas vitiat rescriptum impetratum.Feli.in.c.cęterę.col.2.ver.limita decem.de rescrip.contra dictum Bal.in.l.i.in fi.C. de relatio.contra qd votauit sacrum ocilium Neapolitanum,teste Maz. de affli.deci.120.6.dub.in prin.dixerat enim Bal.q ante litem contestatam non erat lis in aliquo statu,& tñ per citationem ppetuatur iurisdictio,vt per Feli.in.c.relatum.de offi.deleg.& in alleg.c.cęterę.faciũt etiam contra Bal.deci.Ro.75.in no.&.426.in antiq. concludentes q quo ad actorem per citationem decretam tm inducatur litis pendentia,sufficiens pro reuocatione attentatorum ab ipso actore,de qbus mẽtionem feci.s.in ritu.i.in glo.in ver.in citationibus.ante fi.& illas declara vt per Lud.ro.consi.330.circa primum.col.2.qd plenissime retulit & sequtur Feli.a8 Rot.decis.allegans in.c.sup literis.col.x. ver.limita primo.nume. 23.de rescrip.fac.no.glo.in versi.assignatę.in.c.vt debitus.de appell.& pro principio istius glos.vide Federic.de senis consilio.300.incipiente, factum tale est &c.

2 Significatoria. Ais appellatur litera testimonialis, quæ fit de facto præterito, vt qñ in ea attestatur de ordinibus collatis, de bona conuersatione, & de litis pendentia, & similibus, quæ sunt modici præiudicii, & talibus literis sine subscriptione aliqua solo sigillo epali munitis creditur. c. curæ. xi. q. iii. c. i. de treug. & pa. c. i. de rapt. 62. et. 63. di. per totũ. quæ iura alle. Panor. in. c. post cessionem. col. 8. in fi. ver. decimo dicit. de prob. facit. c. lator. qui fil. sunt legi. & operant istæ literæ vt iudex sæcularis habeat notitiam cõtentorum in eisdem, & illis credat vt tenet, & de cætero se non intromittat, vt per Bald. in auc. siqua per calumniam. col. 2. ver. sed pone. C. de epi. & cle. dicens, ꝙ istis literis testimonialibus tanq̃ enunciatiuis in iudicio, non creditur, vt per Inno. in alleg. c. post cessionem. de proba. tñ capta informatione de clericatu, vel de litis pendentia, interlocutus fuerit eps seu vicarius illum esse clericum, vel litem pendere, vel de aliis huiusmodi, tenetur credere, alleg. c. fi. de excep. lib. 6. facit consi. Feder. de sen. 126. in qõne dñi Campioli, dicens, sufficere ꝙ iudex sæcularis sciat litem pendere sup præiudiciali, & interim debet cessare. & consil. 236. in qõne vertente. col. penulti. versic. ob quam causam dico. dixit ꝙ sola notificatio & intimatio qõnis præiudicialis delatæ ad curiam ecclesiasticam sine inhibitione aliqua dñi vicarii, afficit & impedit processum iudicis sæcularis: nisi enim natura causæ præiudicialis hoc haberet, inhibitio domini vicarii non esset tante efficaciæ ꝙ posset priuare iudicem sæcularem sua potestate & iurisdictione. alleg. c. tuam. de ordin. cognitio. c. lator. qui fil. sunt legiti. c. si duobus. de appellatio. c. ii. de in integrum restitutio. qd' concilium allegat & plenius prosequitur Petrus de ancara. consilio. 62. duplici respectu. Est tñ aduertendum ꝙ dictum Bald. prælega. vrget contra opinio. Panormit. & ideo semper antequam fiat significatoria, seu litera te-
3 stimonialis ego practicaui ꝙ deberet capi informatio de clericatu, vel de litis pendentia, & de huiusmodi, & constito, dicere in litera prædicta testimoniali, qa per informationem captam nobis constat talem esse clericum, vel litem pendere, & huiusmodi, ideo significo &c. & tunc iuxta nota. per Baldum vbi supra, tenebitur iudex sæcularis per talem significatoriam iudici ecclesiastico parere, alias incideret in excommunicationis sententiam: quæ omnia notabis pro practica. & vide diligenter infra ritum. 37. et. 38.

4 Inhibitoria. Quæ fiet pro parte non citata, vt per Panormi. in c. tuam. 4. colũ. versi. quæro nunqd fit. post do. Anto. & Lap. allegatio. 61. de ordin. cognitio. Bald. in. l. consulta diualia. C. de testamen. Aretin. consilio. 75. diligenter & mature. colũ. 4. versi. hoc præmisso. Bald. in. l. præsbiteri. col. 2. versi. secundo quæro hic. C. de epi.

et cle.licet contrariũ te nuerit Fede.de sen.consi.300.factum tale est.Ia so.in.l.ab administratione.C.de lega.quem refert & plene prosequitur allegans plurimas quotas alias collectas a Iaso.in.l.si opus.col.ii.ff.de ope.no.nunci.tacito tamen,auctore Tho.ferra.caute.xxviii.prouisum re

5 peritur.in si.Filip.deci.consi.460.col.pe.num.20.pro concordia tamen reperies distinctionem,ꝙ aut inhibitio fit ad partis instantiã,et tũc erit vera ista secunda pars ꝙ requiratur citatio, aut ex officio iudicis,& nõ requiritur. et in palle.cau.in si.inuenies dictũ Inno.in.c.ad aures.de tẽ po.ordi.dicentis ꝙ uani capitis esset qui diceret prælatũ non posse præ cipere sine causæ cognitione, & maxime de his quæ ptinent ad offici um suum.et al.plurima consi.Alex.& Petr.de anca.uide ibi & per Iaso. in alle.l.opus et in.l nec quisq̃.§.ubi decretum.col.vii.ver.octauo fal ff. de offi. procon.& lega. & pręmissa vendicant sibi locũ in ordinario.in delegato vero apostolico uide Panor.& post eum Feli.in.c.dilectus.lo.ii.

6 de rescrip.ubi plene,& concludunt ꝙ aut papa expresso grauamine co- ram se committit, & videtur ab inferiore iurisdictionem abdicare,et il- lico inhibebit, delegatus apostolicus datus super grauamine, aut non ita grauamen exprimitur, & tunc non illico inhibebit, secus in appella tione a diffinitiua.uide ibi,qa quottidiana,licet uideantur extra materi am ritus loquentis in prima instantia, & de iurisdictione non depen- dẽte ab eodem fonte,& quo ad inhibitionem temporibus istis de raro practicatur ritus,quia non sumus in temporibus archiepiscopi cantua riensis sancti Thomæ archiepiscopi et martiris.

De causa spectante ad curiam ecclesiasticã.

Videlicet sacrilegii,usurarum,hęresis,simonię,piurii,adulterii,et de quo

7 cunque peccato,ut per glo.in ver.malefactores.c.cum sit.de fo.compe. & ibi Panor. Pet.de anca. Ioã.de imo.Anto.de Bu.& Feli.prosequẽtes singulariter singula, & illa declarantes.item matrimonii & incidenter dotis.c.prudentiam. de don.int.vi.& uxo.c.lator.qui si.sint leg.c.cau- samq́.de offi.delega.item natalium.c.tuam.de ord.cogni. Alex.in.l.ti- cia.3.4.et sequen.col.ff.sol.ma.vbi regula cũ.x.limita.& Panor.in.c.lite ras. de iura.cal.col.2.3.et.4.in qbus de causa spirituali & mixta,videli- cet,iurispatro.p.c.quanto. de iudi.& si agitur de crimine publico ad pœ nam legalem imponendã erit ciuile:si ad pœnam ecclesiasticam,puta ut excõmunicetur uel deponatur,erit canonica.glo.in auc.clericus quo que.C.de epi.& cle.quam al.Andre.de iser.in.c.i.§.cõtrahẽtiũ.quę sint reg.& ibi plene.item pœnitẽtium.xi.q.i.aliud.itẽ libertoꝝ,pupillorum, uiduaꝝ,debilium personarum,peregrinorum,mercatorum, agriculto- rum,nauigãtium,decimarum,rapinę,publicæ honestatis,iusticiæ impe- dimenti,

dimeuti,cognationis spiritualis. pro quibus vltimis vide Hosti.in sum.ti. de fo.compe.§.ex premissis.&.c.i.de sponsa.lib.6.

Ritus Quintus decimus.

Item ciuis seu habitator Neapolis non satisdat de expensis, nisi sit monasterium exemptum: nec etiam reus satisdat de iudicato soluendo,licet sit forensis.

In isto ritu ponuntur duæ regulę negatiuæ cum duabus limitationibus,& diuiditur in quatuor partibus.secūda,ibi, nisi sit.tertia,ibi,nec etiam. quarta,ibi, licet. In prima parte est textus. ibi.

1 **Non satisdat.** De iure tñ cōmuni secus est,etiam in clerico actore,vt per glo.i.in auct.generaliter. C.de epi.& clerici,etiam si immobilia possideat,vt per Ciu in prēal.auc.generaliter,plene per Panor.in.c.qm frequenter.§.in aliis.i.no.vt li.non cōte. vbi subiungendo dixit,ꝙ iste cautiones ex parte actoris & rei, præter illam, de qua in alle.§.in aliis.non prestatur hodie de consuetudine.alleg.glo.in §.sed hodie.insti.de satisd.per quam dixit Bar. notare in alle.auct.generaliter,ꝙ cum in facto verteretur,non potuit obtinere,ex qua consuetudine emanauit iste ritus.& pro practica istius cautionis respectu rei contumacis,vide Panor.in.c.prout.col.z.ver.oppo.de dol.& contu.

2 **Exemptum.** Ratio fundamentalis est,qa deficit in exemptis iurisdictio, cum immediate subsint summo Pontifici. glo.in.c.qđ translationem.ver.sed nunqd legatus.de offi.leg.facit,qa si qs cogetur cauere de stando rei,& ad euitādam cautionem dixerit, se in regno possidere immobilia,donec hoc docuerit cauebit, est decis.sacri concilii neapolitani,teste.d.Maz.deci.109. si enim non possideat,iudicium efficeretur elusorium, eadem ergo rōne exemptus cauebit: & si iu-
3 rabit non reperire fideiussorem,ꝙ debeat admitti cautio iuratoria,& propterea non retardabit ex equo sententię,iuxta auct.quę supp.C.de pre-
4 ci.impe.off.Guid.pa.deci.189.&.z50.& regulariter noīe cautionis venit simplex ꝑmissio,quæ regula fallit in prętoria cautione,quæ intelligitur de fideiussoria.item vbi lex mādat caueri,cā cognita.item vbi nuda cautio nihil operaretur.item vbi psona stricta ad cauendum esset suspecta. item si dicat vt plene caueat.item qñ dicatur,sufficienter caueat.item si competentem reqrat cautionem,& si dixerit,satisdet,vel caueat,si psona non est suspecta sufficit cautio cum obligatione bonoꝝ.& si statutum facit mentionē de idonea cautione,intelliget arbitrio iudicis:& si nuda reqratur,an sufficiat hipotheca bonoꝝ saltem. pro qua regula & fall.vide
5 ad plenum Feli.in.c.ad nostram.col.z.et.3.de iureiu.& si timeo verisimi

ab aliquo offendi, implorato iudicis officio, possum petere vt compellat ipsum ad præstãdum cautionem de non offendendo, & non debet hoc iudex facere, nisi præmissa causę cognitione. item non sufficiet nuda cautio, sed fideiussoria, & non erit ppetua, sed ad tps arbitrio iudicis: & ab extero a quo timeo offendi, si nunc venit vbi ego habito, non pręstabitur: & qñ debet cauere, nedum cauebit de non me offendẽdo, sed nec offen-
6 det meos: & si petis a me vt caueam, debes & tu cauere, nec petetur a superiore ab illo qui est subditus, nec illam petet qui dedit causam timoris: & similiter qui grauari timet, petet a iudice vt inhibeat. ista cumulat Feli. in rub. de treu. & pa. a col. 6. vsq ad fi. & si concedit dilatio miserationis
7 gratia, oportebit satisdare, & si illam non repiet, non ppterea dabit iuratoriam, qa vbi tractat de satisdatione necessaria, q̃uis impotentia sit in illa debente pręstari iuratoria, tñ non sufficiet. Lud. ro. cõsi. 439. in fi. & il-
8 le dicitur idoneus fideiussor si res suæ tãtum valent quãtum est quãtitas causę pro qua fideiubet. Par. de put. in trac. sind. c. si iudex. col. i. in fi. fol. 51. no. in l. siqs stipulatus. §. i. & ibi. d. Iaf. ff. de ver. obli. vide tex. & ibi scribẽ. in. c. q̃q̃. in ver. idoneę. de vsur. lib. 6. in. c. alma. §. illis. in ver. idoneã. de sen. excõ. eo. lib. in. c. fi. ver. idoneam. de pig. c. qua fronte. ver. cautione. de app. c. per uestras. ver. quam potest. de do. inter vi. & vx. in. c. i. ver. sufficienter. de do. & contu. lib. 6. Panor. in. c. pisanis. col. 6. de rest. spol.

Iudicato soluendo. Nec de iudicato sisti. §. siqs autem pro pecuniaria. in auct. de san. episc. glo. in l. cum clericus. C. de epi. & cle. Spe. in ti. de satisd. §. i. qđ uero intelligo, ni-
9 si per eius ꝯtumaciam deuentum fuerit ad missionem in possessionem. Panor. in. c. qm̃ frequenter. §. in aliis. ut lit. non contest. ubi plene.

Forensis. Idest, non ciuis seu habitator ciuitatis, sed diocesis, qa si non diocesanus, non teneretur comparere regulariter coram archiepo seu vicario, qa extra territorium iusdicenti non paret impune. c. ii. §. statuto. in fi. de ꝯsti. lib. 6. c. nouit. de off. leg. l. ult. ff. de iurisdi. om. iu. dixi regulariter pp. c. fi. de fo. cõpe. cum si. uide ibi fall.

Ritus Sextus decimus.

Item si reus citatus sit contumax, actor debet esse contentus, aut excommunicatione, aut missione in possessionem ex primo decreto, nec fiet utrunque.

Ritus iste diuiditur in duas partes. secunda, ibi, ne fiet.

Contumax. Vere, uel ficte, de quibus in glos. in uer. manifeste. in cle. i. de dol. & cõtu. & uere dicitur ille con-
1 tumax qui citatus psonaliter non comparet, nec sui præsentiam facit. l.

contumacia.ff.de re iudi. sed quasi contumax qñ comparet & non vult respondere.l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.act.quæ iura alle.Fil.
2 deci.cõsi.34.col.pe.circa med.& differẽtiam inter contumacem in non veniendo & cõtumacem in non agẽdo,vide per Bal.in.l.diffamari. col. 2.in fi.C.de inge.& manumis.& pro vero vel ficto vide.c.venerabilibus.§.secus.de sen.excõ.lib.6.l.fulcinius.§.pe.ff.ex qui.cau.in poss.ea.& Andre.de iser.in.c.i.§ receptatoribus.col.1.in fi.ver.additio. de pac.iur.fir. fol.88.col.3.deci.Ro.49.in no.inci.si fertur.& ibi plenam addi.& 364. in no.inci.cum iura.quas oĩno vide,qa sunt plene fundatę pro materia.
3 & si dixerit,nolo venire,dicetur expressus cõtumax,per consti.reg.post litem.& ibi Mod.7.no.alle.Bar.in.l.fi.col.2.ver.pro huius declaratione. ff.de in integ.rest.subdens ꝙ non est vlterius citandus,remittentes se ad Cardi.zab.in alle.cle.si ante.q.ix.de do.& cõtu. & hoc in lib.j.fol.192.& vide.j.ritum.34.vide Bal.in.l.sancimus.in prin.C.de iudi.& Filip.dec. in.c.de causis.not.4.de offic.delega.

4 **Actor debet.** Licet in pœnis alternatiuis detur de iure optio iudici.glo.& Doct.in.c.fraternitatis.34.di.Imo.& Panor.in.c.a crapula.de vi.& ho.cle.plenissime p Fel.in.c.inter cęteras.colũ.2.nu.4.ver.fallit qnto.de rescri.tñ qñ verba statuti dirigũtur ad partem,tunc electio pœnæ alternatiue non est iudicis,sed partis.glo.in.l.quicunq.C.de ser.fug.Bar.in.l.i.§ expilatores.ff.de effract.Panor.in.c.si diligenti.13.col.ver.quæro.cum glo.de fo.compe. per quę ita cõcludit Feli.in alle.c.inter cęteras.col.4.nu.5.ver.secunda restrictio.de rescrip. cõtra istam limi.vrget tex.c.qm̃ frequenter.§.in aliis.ver.si autem.vt li.non ꝯte.ubi in casu huius ritus datur optio iudici eligẽdi excõicationem vel missionem,ea,vc3,quę magis uidebitur iudici ꝙ timeri debeat.& ita intelligit ibi Panor.illum tex.col.14.ver.uenio nunc ad glo.ibi,nec obstat. propterea dici posset ꝙ uerba illius uersi.si autem.dirigãtur iudici,pro ut sonãt uerba illa,vc3,iudex a principio contentus,& uerba ritus præsentis ad partem,uc3,actor debet.uel dicas ꝙ cum & text.alle.uer.si aũt. & ritus loquantur de excõicatione & missione, quę fieri debẽt a iudice, & non a parte,ut de se patet:pars eliget,& iudex exeq mandabit,ex quo ad utrunq ẽm ritum procedere possit,contumacis proteruitate exigente,per alleg.uersi.si autem.& faciũt pro ista dist.ultima not. uerba Filip. dec.in alleg.c.inter cęteras.colũ.5.uersi.uel dicamus ꝙ cum dicatur.de rescrip.dicentis ꝙ.c.sicut.de iudeis.loquatur de excõmunicatione,quę debet fieri a iudice,eodem modo altera pars alternatiue,uc3,missio,quæ similiter decerni debet a iudice.ꝙ fiat a iudice alleg.Barto. in.l.prima. per argumen. illius textus.ff.de rerum dubitatio. primam tamen distinctionem ueriorem esse putamus.

Aut excommunicatione aut missione. Loqtur ergo ritus in actione psonali, iuxta tex.c.qm̄ frequenter.§.in aliis.ver.si autem.vt lit. non conte.auct.& qui iurat.C.de bo.auc.iu.pos.consti.reg. cõtumacem ciuili.li.i.fol.27.& ibi glo.in ver.antiq.in prin. anteq̃ aũt iudex decretũ
5 interponat, videbit acta:& si sibi cõstiterit de citatione decreta & exequuta legitime, de quo dixi in.i.ritu.s.in glo.in citationibus.& ꝙ fuit contumax, tunc dicet in decreto, visa citatione, nuncii relatione, de qua in.c.cũ parati.de app.& cõtumaciæ accusatione, vt p Bart.in.l.aũt.§.i.ff.ex qui. cau.in pos.ea.Spe.in ti.de cõtuma.§.seqtur.in fi.Bart.in.l.multum.ff.de condi.& demõ.decernimus actorem ponẽdum esse in possessionem bonoꝝ ipsius conuẽti pro modo seu mensura debiti in libello declarati cã rei seruandæ, donec tędio affectus veniat in iudicium responsurus.quę forma colligiť ex pręmissis,& p no.per mod.in alle.consti.reg. cõtumacem,col.2.ver.secũdo no.fol.190.lib.i.vbi etiam ꝙ ista forma seruabiť in contumace ante litis cõtestationem.alle.Spe.in ti.de contu.§.seqtur. ver.si vero agitur.cum seq.ꝙ dixit Alb.de ros.in auct.item nulla cõitas. C.de epi.& cle.pro certo & declarato debito,& facit glo. in ver. ac si pemptorie.in.c.sępe.de app.& no.p Host.in sum.ti.de offi.dele.§.quę iurisdictio.ver.si vero ante.p Bal.in auct.& qui iurat.col.2. ver.quæro qñ fiet.& qd opetur istud primum decretum, vide Spe.in ti.de pri.decre.§. iam de effectu.& vt fieri valeat missio in possessionem ex primo decreto,
6 pręcedere debet fm veriorem opi.trina citatio, vel vnica & pemptoria, iuxta practicam glo.in ver.vna pro oĩbus.in.c.cõstitutionem. de sen.ex cõ.li.6.And.de iser.in.c.i.ver.hęc citatio.de mi.vas.qui cõtu.est. Fel.in c.ex literis.6.et.7.col.de cõsti.put no.glo.in ver.dilationes.& ibi plenissime Fel.col.9.nu.14.in.c.qm̄ contra.de pba.& plene p eund. de primo & scd'o decre.in.c.consultationibus.de offi.dele.vbi col.4.reperies regulam,ꝙ missus in possessionem ex primo decreto ex actione psonali,non possideat.& ibi limitationes,quas vide.

Nec fiet utrunq3. Eqtate canonica suadente, qa contra contumacem de iure canonico sufficit missio ex
7 primo decreto,& aliter contumax non mulctať.c.i.de dol.& cõtu.non pcedet ergo iudex fm istum ritum ad excõicationis sñiam,& missionem contra contumacem.ita Mod.in consti.reg.contumacem.i.no.lib.i.fol. 189 secus de iure cõi,qa si pteruitas cõtumacis id exiget,iudex nedum pcedet ad missionem ex primo decreto, sed etiam ad excõicationis sententiam.tex.est in.c.qm̄ frequenter.§.in aliis.ver.si aũt.vt li.non cõte. & etiam mulctabiť.& quatuor remedia contra cõtumacem in actione psonali,vide p Panor.in alle.c.i.& in.§.in aliis. put referunt Mod.in alleg.

9 consti.contumacem.i.col.& ne obliuiscaris not. dictum Inno.in ista materia in.c.dilecto.cir.fi.de uer.sig.vez.ꝙ pp nimiam contumaciam poterit iudex aggrauare primum decretum & decernere ꝙ missus in psonam habeat veram potestatem donec sibi satisfiat, & etiam ꝙ fructus ex tali possessione pcipiendi lucretur, nec cadant in sortem, & hoc debet in decreto exprimere. quem refert & sequitur Bal.in auc. et qui iurat.col.4. versi.quero nunquid. in litera, R. C.de bo.auc.iud.poss. uel ritum dicas conformem iuri cōmuni, videlicet, ꝙ non fiet utrunq, proteruitate contumacis id non exigente, alias crescente cōtumacia crescere debet & pena, multis enim remediis contra contumaces utēdum est.l.i.§.primo.ff. de libe.agno.c.ii.de dol.& contu.per quae iura mouetur Inno.ad praemissa notandum in alle.c.dilecto.in fi. Albericus Oliua.

Ritus Decimus septimus.

Iste ri.diuidit in duas partes.ii.ibi, ac ↄtra.

Item si citatus per nuncium semel personaliter, aut bis in domo, potest excōicari, si non comparet, ac contra eum procedi ad alia iuris remedia.

Si citatus. Vide nota. in primo ritu, in glo. in versi. in citationibus. & in.ii.in glo. in ver.nō cir cunducitur. ubi plene, et merito emanauit ritus iste, & comprobatur per ea quae dixi.s.in uer.ritus. in fi.& quae ibi notaui hic repetas, quae breuitatis causa obmitto.

1 Per nuncium. Cui credendum est etiam in alterius praeiudicium.l.magis.§.illud.ff.de reb.eo.qui sub tute.uel cu.quod uerum est de nuncio publico & iurato fideliter suum officium exequente.glo.in ver.suus nuncius.in.c.cum parati.de appel.Fil. deci.con.344.ante nume.2.ver.& posita cōclusio.qui exequutionem si bi a iudice commissam, etiam iudice remoto ab officio uel mortuo perficiet. Bar.in.l.fundi.in fi.ff.de acqui.pos.& in.l.& quia.post prin. ver.& per hoc dico.ff.de iurisdi.om.iu.& mouet per.c.si sup gratia.de rescrip. li.6.quem refert & sequtur Filip.deci.con.404.col.3.ante nume.xi.ver. & idem dicunt Doc.& licet nuncio credant, ut.s.tñ in regno nuncio iurato referenti non creditur, nisi fiat exequutio citationis coram duobus uel tribus testibus, ut per Andre.de Iser.in consti.reg.citationis literae. fol.141.col.3 in prin.ubi ponit formā citationis, dicens absurdum esse ꝙ vni seruienti, qui cōsueuerunt esse leues psonę, in vna magna re soli crederetur, & sic posset pars quę dicit nō se citatum hoc legitime probare, al.l.optimam.C.de contrahen.stipu.fatetur tamen ꝙ extra regnum de maximis factis credatur nūcio curię, ut ibi p eum.& sic vbiq seruari notat.Spec.in ti.de cita.§.sequtur videre.ver. sed nūquid creditur.quem re-

fert & seqtur Napoda.in consue.non creditur seruienti.in glo.& Cl.in.l. ea qdem.col.3.ver.iuxta præmissa quęrit.C.de accu.dicens hoc ver;dū
4 modo constet de sui cōmissione. qd' limitatur pcedere in causis ordinariis,secus in summariis,vt p Fil.dec.cō.449.col.3.nu.15. alle.Rom.cō.497.diligenter pscrutatis.in.2.dub.qd' est bene no.& q generali nūcio
5 sit credēdum,etiam sine cōmissione,n o.Inn.in.c.qm̄ contra. post prin. in ver.citationes.de pba.quem refert & seqtur Bal.in.l.eadem rōne. in apostil.ver.quærit Inno.ff.de fer.Præpos.als Car.alex.in.c.cum parati.col.8.in prin.ver.& ad prædictam qōnem. de app.dixit illud Inno.dictum in.c.qm̄ contra.ibi cōiter reprobari:& credit etiam nuncio sine iuramento:& si retulit se citasse extra territorium eum quem non citauit,
6 non poterit puniri,nisi in loco relationis:nec in relatione p eum facienda reqritur partium pñtia:nec per alium relationem facere pōt,si ipse fuerit impeditus,sed iudex debet mittere aliquem ad eū qui relationem suscipiat:nec aliquem psonaliter cape poterit sine speciali cōmissione iudicis, quæ constare debet p publicam scripturam : & qualiter puniatur nuncius falsam referens relationem:& qualiter illam fieri faciēs, & post q̄ iudex elegit aliquem nuncium in cā.non poterit amplius illum mutare:& an nuncio dicēti se citasse,an parte illud negāte magis credat:& si citatus fuerit cōtumax,iudex non poterit punire cōtumaciam illius ante nuncii relationem:& relationi nuncii referentis nihil fuisse reptum in bonis debitoris stat:& an pars teneat credere nuncio se dicenti habere cōmissionem iudicis,si illam non ostēdat:& an aliquo casu possit citare sine cōmissione iudicis:& q in Romana curia credat cursori referenti,li-
7 cet relatio non fiat p nuncium pprium.hęc sic collecta conglutinata reples & decisa in addi.ad Panor.in alle.c.cū parati.in litera,C,& in seq.litera,A.de app.& p Filip.frā.ibi,col.5.ver.circa tertium principale. cum seq.& ibi Fil.dec.col.4.vsq3 ad fi.& Prępo.als Car.ale.ab.8.col.vsq3 ad fi.

Ad alia iuris remedia. De qbus per tex.in.c.qm̄ frequenter.§.in aliis.ver.si aūt.vt li.non cōte.& dixi in pxi.preced.ritu,in fi. vide ibi. Albericus Oliua.

Iste ritus diuidit in duas partes principales. secūda,ibi, si tñ. vt.j.sequetur.& ista prima paars sīr subdiuidit in quatuor partes. scd'a,ibi,tenetur tñ.tertia,ibi,& reqri.quarta, ibi,& si ad dictam.

Ritus Decimus octauus.

Item si ppter contumaciam aliqs excōicatur,purgare potest contumaciam per totam illam diem:tenetur tñ reficere expensas, & reqri facere alteram partem ad primam curiam:& si ad dictam primam curiam talis ab-

solutus similiter non venerit, reincidit in eandem sententiam.

Contumaciā.

Quæ est erga iudicem
1 vel prelatum cōmissa inobedientia, vt p Host. in sum. ti. de contu. in princi. & est peccatum mortale, qđ est immediata cā excōicationis, sine quo non potest qs ab hoīe excōicari. c. nemo epos. xi. q. iii. quem tex. ad hoc alle. Card. de tur. crem. xi. q. iii. c. epi si sacerdotali. no. Fel. in. c. si diligēti. in fi. de fo. compe. & in. c. dilecte. col. 2. ver. scđo sunt dicta. de excep. immo quāto ex minori resurgit tanto maior censet. glo. sing. in ver. videbatur. in. c. duo sunt. 86. dist. dixi in. 3. ritu. s. in fi. & nunq̄ qs excōicatur ab hoīe sine contumacia, & a iure sine delicto, put no. glo. magist. in alle. c. epi. in prin. vnde dempta cōtumacia, & sublato delicto, non erit repire excōicationem, quæ qñq; pro heresi, qñq; pro simonia a iure infligit. s. pro cōtumacia de tali vel de tali crimine insurgēte, sm Card. de tur. crema. in alleg. c. epi. & ita cōtumacia est immediata cā excōicationis, q̄uis enim pro delicto feratur, tñ dicitur ferri pro cōtumacia, qa semp admonitio pro emendatione præcedere debet: verba sunt ipsius, & meo iudicio non cōformia canonibus. nam statim cum qs manus violentas inicit malo aīo in clericum, absq; monitione ipso iure est excōicatus. c. si qs suadente. xvii. q. iiii. & cum qs pacto præcedente pecuniam pro beneficio ecclesiastico dederit, est ipso iure excōicatus, vt p extrauag. collectas p Feli. in. c. de cætero. de re iud. & in. c. de simoniacę. de simo. renouatas a Clemente. VII. olim. die. 21. Nouembris. 1524. per literas suas in vrbe ęditas, & impress. & in conci. Lateraū. in. ix. sessione. ver. & vt nefarie celebrata anno incarnationis Dñi. 1514. tertio nonas Maii, anno Leonis. x. scđo, & rō Card. qa semp admonitio &c. non pcedit, qa post delictum cōsumatum statim insurgit censura secum trahens exequtionem. c. pastoralis. de app. put indiuiduo no. Io. cald. in trac. de eccl. interdi. 4. mē. principali. alle. c. in loco. v. q. iiii. dicens q qñ pro delicto fert, non est necessaria monitio. & sic debere intelligi no. p Inno. & alios in. c. ad hęc qm̄. de appel. & in. c. i. de excess. pręla. & plene p Feli. in. c. cū olim. col. 7. ver. nō est citandus. de re iud. erit ergo vera glo. in. alle. c. epi. & illam sequor. quam ēt approbat Præpos. alex. ibi in fi. p cuius verba possent saluari no. a do. Card. vcȝ, q conuictus de crimine a quo non resultat excōicationis sententia, & monet vt emendet vel satisfaciat, & contumax est in parendo, tunc excōicatur pro contumacia & pro crimine ab hoīe. & ista cōtumacia
2 pro qua pfertur excōicatio est triplex. alia, in non veniēdo ad iudicium vocatus a iudice. alia, cū citatus venit & non vult parere, & illicētiatus recedit. alia, qñ offensa est manifesta, & iussus a iudice nō vult se emēdare aut restituere, vt psequitur do. Cardi. de tur. crema. in alleg. c. epi.

ante fi. Hosti. vero in sum. de do. & contu. §. expediuimus. versi. quid sit. ibi, est tñ notandum dixit, duplicem esse contumaciam. s. veram, et interpretatiuam siue præsumptam: veram, cum quis citatus & inuentus nullum habens impedimentum dicit, se non uelle uenire, uel ueniens & sine iusta causa parere nolens, uel illicentiatus ante tempus recedens: præsumptam uero, cum solenniter citatus, licet non inuetus, nec uenit, nec sufficientem procuratorem misit in termino statuto. uide quæ notaui. s. in. 16. ritu. in glo. in. ver. contumax. et quæ not. Spe. in ti. de contuma. in prin. in. ii. parte. & vide ritum. j. 34.

3 Excommunicatur. Est enim excommunicatio censura a canone uel a iudice Ecclesiastico prolata, priuans legitima cõione sacramentorum, et quandoq; hominum, & est duplex, excommunicatio maior. s. et minor. maior priuat participatione sacramentoꝝ, & cõione hominum. c. a nobis. de sen. excõ. minor solum priuat a participatione sacramentoꝝ, et non a cõmunione hominum fidelium. c. si. de cle. excõ. mini. c. a nobis. de excep. et est excommunicatio quasi extra communionem positio. c. certum. xxiiii. q. iii. & appellatio-
4 ne excõicationis intelligitur de maiori, ut in. c. pe. de sen. excõ. hęc colliguntur a Panor. in rubri. de sen. excõ. & debet excommunicatio esse iusta tribus modis, ex causa, ex animo, & ex ordine. ex causa. s. ex contumacia, & tunc ab homine, ut in præcedenti glo. notaui. ex animo. s. non ex odio uel uindicta. c. i. de re iudi. li. 6. ex ordine, qui est traditus in. c. i. de sen. excõ. li. 6. aľs proferens punitur. c. sacro. & ibi glo. in ver. iusta. de sen. excõ. c. quatuor modis. xi. q. iii. Andr. de iser. in. l. imperialem. §. si inter. col. 9. ver. additio. rex ibi iudex debet habere. fol. 100. col. i. de phi. feu. alie. per fede. & etiam iniusta excommunicatio timenda erit. c. sententia. xi. q. iii. et ex tali timore & patienti tollerantia apud deum coronabitur. c. & si ad tempus. c. quid ergo. ea. q. iii. no. moder. in consti. defensas. in fi. fol. 66. col. iii. li. i. et dicitur medicinalis tam in proferente legitime procedente, ut præmisi, quia tunc tendit ad medelam & nõ ad mortẽ. c. audi. xi. q. iii. quã in patiente qui humiliter paret uidens se euitari, & cõfusus redit ad cor. al. c. audi. &. c. pia. de excep. li. 6. & etiam mortalis, tũc qñ excõicatus illam contẽnit, & ex contemptu magis ligať. c. notãdum. in fi. xxiiii. q. iii. c. nemo episcoporum. xi. q. iii. nam ratione contemptus aliqd efficitur delictum qď non erat. glo. magna. in fi. in l. i. §. fi. ff. siquis iudi. nõ obtem. & veniale peccatum ex usu & contemptu efficiť mortale, & peccans ex cõtemptu dicitur peccare in spiritum sanctum. glo. in. c. qualis. 25. di. & ille dicitur ex contemptu peccare qui obstinate perseuerat in malo & contumaciter uilipendit. Domi. in al. c. qualis. col. 2. qui et dixit in. c. consuetudo. cir. me. ix. di. q; qui certificatus de excõmunicatio

ne celebrat videt tanq̃ obstinatus contemnere.& in.c.sed illud.45.dist. ꝙ monitus non desistens dicitur contemnere.not. Felin.in.c.i.col.8.in prin.de ꝯsti.& Domi.in.c.metropolitanum. in gl.i.ii.q.vii.dixit ꝙ ꝯtemnere est aspnari & non curare.& Archi. in.c.quicunq3.56.di.dixit ꝙ qs dicitur ex contemptu facere qñ uoluntas eius renuit subiici ordinatio ni legis vel regulę,& ex hoc procedit ad faciendum ꝯtra legẽ uel regulam. no. Feli.in.c.cum qdam.col.4.ver.quinta declaratio. de iura.& ex tali ꝯtemptu in excommunicatione qs citius moritur.c.epi.in fi.xi.q.iii. & diabolus maiori in eo utitur potestate tanq̃ in pecore suo.glo.in al.c. audi.xi.q.iii. Panor. in rub.de sen.excõ.ubi dixit ꝙ Angelus deputatus ad eius custodiam minus operatur.& in.c.ita quorũdam.de iudę.& Io.

5 neul.in trac.silluæ nuptia. fol.12.col.2.cir.med.plus dicens, ꝙ excommunicatus est seruus diaboli.al.l.pedius.et ibi.glo.ii.ff.de arb.vide quę notaui.s.in.iii.ritu,in glo.in versi.declarati.paulo ante fi. centum & decem & septem casus,in qbus quis incidit in excommunicationem maiorem ipso iure,& duodecim in qbus incidit in excommunicationem minorem. uide p Car.de tur.cre.in.c. si inimicus. nu. 7.et.9.xi.q.iii.& ibi plene pro materia, & pp contemptum & perseuerantiam in excommunicatione augetur pœna. nam ꝯsti.sinodalis.j.nu.51.inci. item ꝙ nõnulli.statuit ꝙ permanentes publice in excõicatione per mensem, soluere debeant florenum unum auri.& talem constitutionem seu statutum de iure militare no.Host.Car.& Ana.in.c.ad aures.de simo.dicẽtes ꝙ põt

6 eṕs statuere, ꝙ pro quolibet mense quo excommunicatus perseuerauerit in excõmunicatione soluat decem libras.quos alle.& sequitur Feli.c. irrefragabili.§.cęteꝝ.col.i.in fi.de offi.ordi.et dictat caplm regni inci. siquis in excommunicatione.fol.mihi.74.col.ii.ꝙ si comes nominatim excommunicatus steterit per annum in excommunicatione soluet pro pœna regiæ curiæ vncias.24. si baro, vncias.xii.si miles, uncias sex .si burgensis ,vncias tres.si rusticus, vnciam vnam cum dimidia.si per duos annos,soluet duplum quantitatis prædictę, & ideo prælati debent tales perseuerantes in excommunicatione denunciare regię curię. per aliud.c.item statuimus ꝙ si contingit.fol.mihi.70.col.3.quod est regis Karoli.ii.in planitie sancti Martini,de quibus no.per nouio. in constit. reg.pœnam eorum.col.2.ante fi.fol.5.li.2.

Purgare potest contumaciam. Idest per contrarium actum cõtu

7 macię præcedentis comparendo seu parendo, rem ad pristinum statũ reducere,alr contumacia non põt purgari.ar.l.si ita qs.§.scia.ff.de ver. ob. no.Bal.in.l.vnica.col.pe.ver.& scias ꝙ quãdoq3 ibi est auth.C.de his quæ pę.no.& sicut mora in iudiciis circa pręparatoria purgari põt,et si

fit adiecta dies & pœna. Bal. in. l. & si post tres. vlt. col. ver. & no. ex prędi ctis. ff. siqs cau. ita cōtumacia in his pręparatoriis, qa quo ad iudicem mo ra citius purgat. arg. alleg. l. & si post. cum possit iudex ēt contumaci gra tiam facere, & ipsum expectare. c. cōsuluit. de offi. dele. & maxime in prae sumpto cōtumace, contra quem non est subito pcedendum, & precipue, si adhuc iudice pro tribunali sedente compareat, sm Host. in ti. de cōtu. §. qd sit. in fi. & §. item ter. ver. sed qd si iudex. vbi dixit ꝙ eqtate suadēte poterit iudex vsq; in diem alterũ expectare, & eadem eqtate reqrente vo luit pñs ritus ꝙ p totam illam diem purgari possit contumacia, qa con gruo tpe venisse tunc videt, & quę incontinenti fiunt &c. arg. l. lecta. ff. si cer. pe. & facit optime tex. iuncta glo. in ver. extimari. in. l. diuus. ff. de in inte. rest. vbi bonus tex. & l. eum qui. C. de epi. & cle. & ibi Pau. de ca. di cens ꝙ vna pręsumptio tollit alteram. nam comparēdo eadem die tolli tur prçsumptio cōtumaciae, nam die statuta venit, put no. glo. i. in alle. l. & si post tres. facit regia prag. inci. relatione citationis. fo. 93. col. 1. quę ēt alle. ritum magnę curię vicariae, & plenius p And. de iser. in consti. reg. ci tationis literae. vlt. col. in prin. fol. 141. vlt. col.

Reficere expensas. Scз. factas ante litis cōtestationem, vt p Host. in sum. in tit. de cōtu. §. sed & si expensae. pro qbus debet partem contumacem condēnare anteq̄ in cā pcedatur, vt ibi, qa pderunt istę expensae his qbus in medio itineris defi cit pecunia, put dixit Feli. in. c. significātibus. vlt. col. ante fi. de lib. obla. vide quae no. s. in. 4. ritu, in glo. in ver. taxari. & in ver. expensas. & glo. l. in fi. in. l. & post tres. ff. siqs cau. & dixit Bal. in. c. cōquerente. in ver. inte

8 gre. ꝙ expensę litis vsq; ad quadrātem refici debent, nec in cā pcedi pōt si vnus nūmus deficeret. de resti. spol. & Host. in sum. de contu. ver. qua pœna. & pro hoc extat ritus magnę curiae vicariae inci. item seruat ipsa curia ꝙ qñ expensę. fol. 105. col. 3. post prin. & si expensas soluerit & cō tumaciam purgauerit, nō ppterea poterit petere se remitti, exceptionem

9 fori declinatoriam opponendo in pœnam suę cōtumaciae, vt p Ang. in l. eum qui. la. i. in fi. de priuil. cre. ff. p glo. in. l. si finita. §. item videamus. ff. de dā. infec. & ibi Inno. per quę ita fuit in cōcilio regio Neapolitano decisum, vt per Maz. de affli. deci. 133.

Et requiri facere. In hoc iste ritus plus cōtumacem punit q̄ ritus magnae curiae vicarię inci. item ꝙ ple

10 rūq; contingit ꝙ aliq. fol. mihi. 100. col. 2. in fi. qui grauat cōtumacem vt die sequēte compareat & instet, & non ꝙ reqri faciat partem aduersam, releuauit contumacem ipsum, ad purgationem cōtumacię admittēdo, grauat in reqri faciēdo, & sic qui in vno grauatur in altero releuat. glo. in ver. idonee. quę est secunda, in. c. cum vos. de offi. ord. cum simi.

Reincidit in eandem sententiam. Absq; alia moni-tione & contuma-cia.c.ad reprimēdam.in fi.de offi.ord.c.ad nostram.lo.i. de iureiur.in fi. c.qm.de app.non obst.qa ibi fit absolutio simplr & non cum reincidē tia,put ita intelligi & declarat ibi Feli.& plenius Fil.dec.cōs.145.& in al le.c.ad nostram.post prin.nu.2.de iureiur.p Fel.quem intelligo vt.s.qn simplr fuit absolutus,& nō cum reincidentia, put loqtur decis.Ro 490. in no.inci.si excōicatus.licet ab ipso sub alio numero allegef,et alia sub nu.399.si pnuncietur.in no.et hoc verū,qn a statuto fit talis reinciden-
11 tia put dictat ritus,qn ab eo qui habet potestatem legis condendę, se-cus si a iudice inferiore, vt notan.per Bart.colligitur in.l.si vnus.§.pa-ctus ne peteret.in fi.ff.de pact.et ibi Alexā.et Ias.qui alleg.Bar.in l.ta-le pactum.§.qui prouocauit.in fi.ff.eo.et in.l.nō solum.§.iniuriaz.ff.de iniur.Angel.in disputa.incipiē.exorta guerra.16.colū.Paul.de cas.post Ange.in.§.pręcedente dictum.§.ne peteret.quę opin. fuit glo.in.c.ro-mana.§.caueant.in ver.futuris.de sent.excō.lib.6.vbi text.not.q ista pa cta & adiectiones positę in absolutione a iudice nihil opantur, put dixit Ias.in alle.§.pactus ne peteret.et quo adplationem excōicationis sentē tię pferendæ a statuto uel a sentencia ab hoie,colligit Filip.frā.in alleg.
12 §.caueant.col.2.undecim differentias,quę oia no.tanquam ab aliis non collecta, quę coadunantur per allegatum ritum magnę curiæ uicariæ in fi.in proxima præcedente glo. dum vult q reincidat in eandem con tumaciam,si non institerit qui comparuit ut licentietur &c.
Albericus Oliua.

Secunda pars principalis Ritus Decimi octaui.

SI tñ ad alium actum q̄ excōicationis pro-cessum fuerit,non habet locum talis purga-tio, qa præiudicaretur alteri parti, cui fuerat ius quęsitum ex tali actu facto in cōtumacia, nisi forte statim recta curie absq; malitia com pareat,tunc enim arbitrio vicarii purgaf con tumacia,et in causa procedetur, si pars altera sit pręsens,aliás differtur ad primam curiam.

Ista secunda pars si militer subdiuidi-tur in quatuor par-tes. secunda, ibi, nisi forte. tertia, ibi, tunc enim. quarta, ibi,alias differtur.

Ad alium ac-tum.Puta,missionis in possessionem ex primo decreto,iuxta tex.in.c. quoniam frequenter. §.in aliis.versicu.si au-tem sup. vt li.non con non cōte.vel ad dationem termini in causis summariis,iuxta tex.in cle.

dispendiosam.de iud.cle.sępe.de ver.sig.

Quia preiudicaretur alteri parti. Vel quia tunc res non diceretur integra.l.nec intentio.C.de transac.l.si pecuniæ.ff.ut in pos.lega.c.quāuis.de offi.dele.li.6.c.licet eo.ti.in antiquis, uel qa efficeretur deterius ius alterius partis,& ideo si contumax in prima citatione velit purga
13 re moram solutis expensis & oblato fideiussore de iudicio sisti, si actor non uult non audietur,qñ ius actoris deterius factum fuisset, ita Bar. in.l.quamuis. ult.col.in prin.ff.de dam.infect. quem et alios per Feli. alle.in.c.ex tenore. col.8.&.9.nu.16.de rescrip.uide.&. Andre.de iser. 11
in const.reg.citationis literæ.vlt.col.ver.contumax reputetur.fol.141. vl.col.Feli.in.c.pposuisti.col.fi.ver.ampliant etiam.de fo. compe.& citatus volens purgare contumaciam & adimplere adimplenda, q̄ admittatur,etiā cum alterius partis præiudicio,firmat Filip.deci.in al.c. ex tenore. vl.col.ver.limita.de rescrip.& ideo seruabimus ritum istum propter hoc,variantes.

Ius quesitum. Quod a me sine facto in eo transferri nō potest, regu.id qđ nostrum.ff.de reg.iu.ar.c.ab eo.in fi.de elec.lib.6.glo.mag. post prin.in consti.reg. si dubitatio. fol.
14 mihi.46.l.fi.C.de pac.in fi.Andr.de iser.in.c.l.col.i.ver.in rebus enim. qui succe.tene.fol.8.col.2.et in.c.i.§.& iterum. colū.fi.cir.me. ver.nam quęsito iure.de cap. corra.fol.73.col.vl.& in.c.i.§.similiter.col.v.ver. quod nostrum est.de capi.qui cur.vendi.fol.83.colū.3.& Filipp.deci. con.120.in fi.aliās ius meum efficeretur deterius,quod esse non debet. glo.i.et sequen.in.l.& si post tres.ff.si quis cauti.& ibi uide pro sequē. verbis,videlicet,nisi forte statim.& uide glo.in.i.parte istius ritus, in ver.purgare potest.

Arbitrio Iudicarij. Licet equitas in iure scripta restituat taliter comparentem,vt in tex.l.diuus.ff.de in integ.resti.et dixi.s.in prima parte istius ritus,in glo.in ver.purgare potest.tamen modus purgandi istam contumaciam a iure statutus nō
15 reperitur, et tunc arbitrio iudicis committitur.l.i.§.expilatores. ff.de effrac.c.dilectus.de pę.& tunc iudicis arbitrium regulari debet a consuetudine.c.non solum.in fi.de regu. li.6.l.si quis reum.ff.de custo.reo. insti.de officio iudic.in prin.auct. iubemus.in fi.et ibi Bal.vl.not.C.de iudi.& in.l.si quis nō dicam rapere.col.iii.C.de epi.& cleri. Panor.in.c. licet. colum.vlt.versi.vltimo aduerte.de pę.Feli.in.c.inter cæteras.colum.v.versi.quinta restrictio.nume.9.de rescript.ubi plene. consuetudine tamen cessante arbitrium iudicis regulabitur de similibus ad similia.glo.in.c.inquisitionis.ver.alioquin.de accusa.cle.i.§. volumus.de pę.c.l.

pę.c.l.§.porrò,quę sit cã pri.bene.amit.ubi etiam in delictis puniendis pceditur de similibus ad similia,& ibi Bal.dixit illum tex.esse meliorem de iure & hoc no.Mod.in.c.translato.de consti.& in.c.de causis.de offi. deleg.& in.l.siquis id quod.ff.de iurisdi.om.iudi.

Alias differtur ad primam curiam. Requisita tñ altera parte, expensis ꝯtumaciam purgãtis,ad primam curiam,put in.i.par.istius ri.

Ritus Decimus nonus.

1 Item in prima curia post ferias Natiuitatis,Carnispriuii, & Paschę,nõ solet aliquis contumax reputari,nec excõmuniccari,etiam si data citationis fuerit ante ferias,sed equitatiue procedetur,si forte partes pñtes fuerint.

Iste ritus diuiditur in duas partes. secũda, ibi,sed equitatiue,

9 intelligentia quatuor rationes quare bigami nonpossint ad sacros ordines promoueri vide per glo.in summa.26.distinctione.& per Hostien.in summa, de bigamis.versicu. quare bigamus a susceptione&c.& ha
10 bes intelligere q bigamia contrahitur de duobus vxoribus sibi legitime matrimonio copulatis,c.fina.de bigamis.& cum vtraq fuerit matrimonium consummatum,c.debitum, eo.titu.improprie vero bigamus ille dicitur qui viduam duxit in vxorem.est & alius modus, per quem quis dicitur interpretatiue bigamus,s.contrahens cum corrupta, credendo
11 ipsam virginem,& non est mirabile,quia si contraxi cum ea quam virginem credebam,& cognoui eam,& erat pprius corrupta,q ero bigamus.

Interpretatiue, ut per Filip. fran. in alleg. c. i. de cle. coniug. lib. 6. qui alleg. c. nemo. 32. dist. post Ioã. an. ibi in prin. c. & pro istis non fient significatorię iuxta formam istius ritus.

Criminaliter. Vide dicta in prima glo. huius. 2. partis, in versic. in ciuilibus.

Parti vel curie applicandam. Licet ſm cõmunem opi. de qua in rub. de iudi. & signanter per Filip. dec. quando poena applicatur curię dicatur causa criminalis, tñ ritus non vult fieri significatoria, quia descendit ex coatractu, non ex crimine, quod no.

Iuxta ritum. Qui incipit, ꝙ siqui debitores fol. mihi. 99. col. 3. in fi. & fo. 102. col. 3. incip. item seruat ipsa curia ꝙ si aliqs uel aliqua. & in ead col. incip. item in casu. & col. 4. inci. item seruat ipsa curia ꝙ si debitor. qbus rit. vti poterit clericus habens instrumē

12 tum guarentigiatũ contra laicum in foro sęculari, ut per Panor. in. c. fi. no. i. de ui. & hon. cle. Lap. alle. 101. inci. in ciuitaté florentina. in fi. fol. 55. & econtra, tali ritu utetur laicus contra clericum in foro ecclesiastico. ita Bar. in. l. i. q. v. C. de sum. tri. quem refert & sequtur Luc. de pen. in. l. iubemus. col. pe. in fi. ver. aut contra uel pręter. C. de pręd. & om. reb. nauic. lib. xi. de cuius dicti ueritate uide quę scripsi. s. in ritu. 22. in glo. in vers. excepto iure congrui. post prin. ibi tñ non poterunt. Roch. in repe. c. fi. col. 15. fol. 33. ulti. col. de consue. Fil. dec. con. 275. dub. 2. ante nume. 5. & tales ritus sunt conformes iuri communi, ut per Bald. in. l. ii. col. 2. versi. tertio & ultimo. C. ut lit. penden.

Incalescent crimina. Et hoc est, ex eo quia iuxta formam dictoꝝ rituum fit, curia sedēte pro tribu

13 nali, interrogatio mediante iuramento tam actori q̃ reo, ut ex eis patet, & ex calore iudicii insurgit criminalitas, & habet exequutionem paratã, & detentionem ꝑsonalem. Pau. de ca. & post eum Alex. in. l. cum ꝑ quo. nume. 3. ff. de in ius uo. per. l. tale pactum. §. qui ꝓuocauit. ſm lec. Bar. ibi de pac. et Ant. de bu. in. c. P, et. G. in no. de offi. deleg. per Doct. in. c. si qñ. eo. ti. et ibi Fel. col. 3. in fi. ver. secundo. alleg. Pe. de anc. in. c. contingit. de arb. et in. c. fi. de ma. et obe. glo. in auct. generaliter. C. de epi. et cle. Luc. de pen. in. l. ii. C. de iur. fis. lib. x. et non mirum si calor iudicialis hoc in

14 ducat, cum etiam guarentigia. i. pręceptum quod fit per Notarium de instrumento rogatum parti rogãti, habeat exequutionem paratam. Barto. in. l. a diuo pio. ff. de re iudica. Angel. in. l. iiii. §. condemnatum. et in l. ait prætor. §. si iudex. ff. eod. titu. quæ iura ad hoc induxit profundiss. legalis scientię Doct. do. Paul. de castr. consilio. 260. colũ. 3. nume. x. volumi. i. in nouissima impressio. et ideo fiet significatoria, maxime, quia iudex

iudex ſæcularis non poteſt cogere clericum,etiam coniugatum,ut in ritu,ut coram ſe iuret,ut patet per.c.q̄q̄.xiiii.q.ii. not.in.c.cum nuncius. de teſti.immo voluit And.de iſer.in.c.i.ad fi.qui te.ſucc.neceſ.ꝙ ſi cleri-
15 cus ut teſtis deponat in cā criminali,ꝙ eius dictum nihil probat.uide tñ Io.de imo.in.c.i.in fi.de iur.cal.ubi uidetur tenere,ꝙ ſi deponat ſine licentia,ꝙ eius depoſitio probet.

Pena manus. Quam nunq̄ exequi uidi,immo eſt poſt ritum magnæ curiæ uicariæ impreſſa quædam additio in ritu inci.item ꝙ ſiq debitores.inci.item no.ꝙ ille qui carcerat. in qua dicit,ꝙ in quadam obſeruantia in lib.rit.contenta dicebat,ꝙ non ꝓceditur ad mutilationem manus, niſi uia ordinaria, & non uia extraordina-
16 ria agat,non ꝓpterea negabitur qn ſup piurio agatur criminaliter,& punitur,ac priuatur rōne piurii cōmiſſi ratione certi beneficii,nedum ipſo beneficio,ſed etiam oībus aliis,& inhabilitat ꝑpetuo ad ſuſcipienda beneficia eccleſiaſtica,tanta eſt potentia piurii,ut per Fel.in.c.quærelam.nume.i.in fi.de iureiur.qđ no.ita ergo criminalitas dat facultatem ſignificandi iudici ſæculari,etiam pro clerico coniugato,ut.ſ.

Quia non ſuper crimine. Nota rationem decidendi pro declaratione eorum quæ.ſ.dixi in glo.in ver.in ciuilibus. Albericus Oliua.I.V.Doct.interpres.

Ritus Trigeſimus octauus.

Item mittitur ſignificatoria iudici ſæculari pro officialibus & notariis curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ in ciuilibus & criminalibus ciuiliter motis,& remittuntur.

Quia præcedēs ritus tractat de ſignificatoriis ꝓ clericis, etiam cōiungatis, merito ſubnectit de notariis curiæ archiepālis Neap̄.ex eo qa in tribunali repreſentat quoddam miſticum corpus, qđ conſtat,iudice,accuſatore,reo,teſtibus.c.forus.§.In oi quoq̧.de ver.
1 ſig.l.ne in arbitris.C.de arb.Andr.de iſer.in.l.impialem.§.ſcriba.col.z. circa med.de ꝓhi.feu.ali.per fed.& notario uel duobus uiris idoneis.c. qm̄ contra.In prin.de ꝓba.merito partes corporis miſtici debent potiri priuilegio capitis,& maxime,qa ex ſubtractione priuilegii notario tanq̄ parti corporis miſtici,put dicimus in Epō & capitulo,inter quos epſ eſt caput,& canonici membra.c.nouit.de his quæ fi.a præl ſi.con.ca.& in Papa cum Cardinalibus.arg.c.ſiqs cum militibus.vi.q.i. Barb.in tract. de præſt.card.in.i.parte.q.i.nu.34.fol 4.col.3.vſus notarii Archiepō,& ſic capiti redderetur incōmodior.l.non aliās.§.legati.ff.de iudi. quem tex.me docuit Old.con.z93.ante fi.ver.poteſt & alia.arg.c.præterea.de

offi.deleg.& ideo pars corporis & sic notarius priuilegium capitis sorti tur.facit optime tex.in.l.nullum ex officio.C.ubi cau.fisc. ubi ꝙ officialis procuratoris cæsaris coram eo debet conueniri.& dixit Alb.de rof.in.l. siquis aduersus.eo.ti.ex illo tex.summit arg.ꝙ conductores prædiorum ec
2 clesiasticorum possunt conueniri coram iudice ecclesiastico,& merito fit si gnificatoria,prout in præsenti ritu,cum etiam ex cõsuetudine induci pos sit.c.fi.de offi.archid.c.cum contingat.de fo.compe.& maxime qa fami
3 lia episcopi potest etiam arma portare. de quo per Fil.dec.in.c.significa sti.col.3.ver.vltimo ab.de offi.dele.& in.c.cum non ab homine.col.3.in
4 prin.ver.an autem.de iud.quod uerum dico quãdo notarius actu officium exercet.c.fi.de uerb.fig.lib.6.insti.de mil.test.§.sed hactenus. Car.zab. con.126.inci.uacarunt canonicatus.in fi.quem alle.Fel.in.c.insinuante. col.2.in fi.nume.5.de offi.dele.& in.c.si quando.col.2.in fi.ver.item alle go.Inno.eo.ti.ubi alle.eun.Card in cle.i.§.fi.q.iiii.de hære.& in prohe. decre.fol.6.col.3.ver.est uerum ꝙ Bar.Pe.de anc.con.233.inci.primo in quirendum.circa med.&.398.inci.præmitto pro clariori.post princi. & fuit hoc nouissime decisum in nouiss.con.lateran.in.x.sess.inci.Leo &c. regimini uniuersalis.ibi,actu &c.celebrata in anno.M.D.XV.quarto no nas Maii,anno.III.Leonis.X.

Et remittuntur. Pro qua remissione uide quæ scripsit in ritu 5.s.in glo. in ver.solet remitti. & ponderabis dictum Bal.ibi alle.iunctis quæ no.in proxi.præce.glo.& dic ꝙ talis re missio fiet vna cum actis factis coram iudice sæculari, quæ acta ꝓderint
5 pro aliquali probatione & informatione,dumtamen sint acta facta an teq̃ iudex sæcularis sciat illum clericum uel curiæ archiepiscopalis Nea politanæ actuarium seu notarium,quia postea ex illis iudex laicus debe ret puniri.Ita Bal.in.l.eos.§.super his.post prin.C.de app.& ibi add.in
6 litera,G.quæ concludit ꝙ confessio facta per clericum coram sæculari, si fuit inuitus coram ipso tractus,nil probat,sed si sponte,tunc præiudi cat.alleg.not.in.c.at si clerici.de iudi.per Moder. Albericus Oliua Iuris vtriusq; Doctor eximius,ac Rituum istorum interpres.

Ritus Trigesimus nonus & ultimus.

Item coram Vicario aperiuntur, & publi cantur testamenta, etiam si Notario non sit data per testatorem potestas aperiendi.

Ritus iste tendit in fauorem ultimarum uoluntatum pro illarum exequutione,& maxime pro cuius exequutione potest episcopus adiri,p
1 no.in.c.cum sit genera le.de fo.compe.per An ge. in.l.hæreditas. la.ii.§.si defuncto.ff.de peti.hære.per Panor.in.c.re

latum,l.I.in fi.de testa.no.in.c.tua nobis.c.si hæredes.c.ioãnes.& ibi per Io.an.de testa.& in indiuiduo hoc decidit Fran.de are.con.36.indi.ca/sus talis est,proponitur in facto.ulti.col.in fi.& ratio sua fundamentalis est,quia in testamento utplurimum continentur legata ad pias causas, quorũ legatorum exequutio spectat ad Episcopum,prout concluditur in alle.c.si hæredes.& in.c.tua nos.& ipse Episcopus erit etiam futurus iudex,merito coram ipso aperiri poterunt.& ita sæpius practicaui,nõ obstante.l.consulta.C.de testa.quæ uendicat sibi locum ubi in testamento non essent legata pia,& quãdo non imploratur officium iudicis pro exequutione testamentorum,quia quando imploraretur,non militaret tex. alle.l.consulta,ut in ritu.24.& plene concludit Panor.in alle.iuribus,in glo.in ver.legatis seu relictis.in præalle.ritu.24.

Non sit data potestas. 1 Immo etiam ritus procederet,etiam si testator hoc prohiberet,quia
2 non potest testator prohibere ꝙ Episcopus non exequatur huiusmodi uoluntatem.c.requisisti.circa med.c.tua.& ibi glo.in ver.interdici.de testa.ar.l.nemo põt.de leg.i.no.Host.in sum.de testa.§.fi.inci & per quem.

Et per ista Expedita sit interpretatio Rituum Archiepiscopalis curię Neapolitanę protectione almi patris & patroni mei Ianuarii,cui & ratione originis,& ratione subiectionis plurimum debeo.In qua siquid boni scriptum reperiatur,a Deo est,a quo bona cũcta procedunt:si mali,ut corrigatur rogo a benigno Lectore:Nemini displicere decreui:& si non omnibus,aliquibus pdesse:Opera enim Feli.usus sum utplurimum,& eius inhęsi consilio tradito in.c.rodulfus.colũ.16. ver.hortus autem est.de rescrip.dicentis,utilius esse commemorare qui uiderunt omnia,q̃ eorum dicta,eis tacitis transcribere.& allegat Greg. loquentem de Angelis dicentem,quid est quod non uident,qui uidentem omnia uident? & ideo magis contentus fui Nouiores allegare,qui omnia uiderunt,ipsis citatis in locis opportunis,q̃ aliquid mihi uendicare,induris plurimis alienis:quo patefacto ex matrice fonte, turpius dehonestarer,ut inuehit Fel.in.c.ex parte. lo.i.col.4.ver.periurus.in fi.de rescrip. quem alleg.Ioã.de neuizanis in silua nup.in fi.

Albericus
Oliua,Neapolitanus,Presbiter,
& inter Decre.Doct.mi
nimus,laudem
Deo dicit.

*

Reuerendiss. D. Domino Thomæ Carazolo Archiepiscopo Capuano, & Capellano maiori meritissimo.

QVEM AD ME his diebus superioribus Librum uidendum misit, tuæ Reuerendiss. Dominationi remitto, per me visum: & si non vt debuissem, sed quantum potui, propter multa quæ me impediunt diuersa & grádia negocia: Cognoui in eo sapienter fuisse dicta, & amussim (vt ita dixerim) adducta & considerata quæ dixit & innexuit R. Albericus Oliua Decretorum Doctor, illius auctor, super Curiæ Archiepiscopalis triginta nouem ordinatim positis Ritibus, ut merito laudari & approbari debeant, ac etiam a quolibet qui ea viderit præcipua & bene gesta haberi & reputari: Volui insuper vt ea Magnificus Nicolaus Iacobus de Raynaldis, Regius Consiliarius, vir quidem in vtraque Iuris censura pernotissime excellens, accuratius degustasset: & si talia inuenisset quod digna statu laudis suæ censeretur, vt inde laudari & approbari. Vt mihi uisum fuerat, etiam sua approbatione, idem astipularetur: & quod idem sibi uisum fuerit refero. Tua igitur Dominatio religiosissima hæc responsa accipiet, tum in laudem Operis, tum eiusdem Auctoris, digni certe summo præmio, quod Commentaria ad Ritus præfatos sic ediderit ita complete & docte, cum optime disposito alfabeto, ut dignum sit ea imprimi, ad honorem & laudem ipsius Auctoris. Et uale ut cupis, ex domo, die vii. Kalen. Septembris. M.D.XLI.

Vestræ Reuerendiss. Dominationis deditissimus Ioannes Martialis.

PRæmissa diligenti castigatione impressit in alma ciuitate Venetiarum Venturinus Roffinellus, ad instantiam nobilis viri domini Mathei Morelli, Anno Domini. M.D.XLII. & ob reuerentiam nouissimi Lateranensis Concilii, accessit reuisio Excellentissimi Domini Ioannis Martialis Regii Collateralis Concilii Neapolitani Regentis singularis doctrinæ & grauissimæ auctoritatis, & Magnifici Nicolai Iacobi de Raynaldis Regii Consiliarii in vtraque Iuris censura excellen. prout etiam attestatur pralibatus excellens D. Ioannes Martialis, ex ordine & præcepto Reuerendiss. D. Domini Thomæ Carazoli Archiepiscopi Capuani, meritissimi, & Regni maioris Capellani, ut apparet ex suprascriptione.

CONSTITVTIONES SINODALES

QVONDAM REVERENDISSIMI IN CHRI-
STO PATRIS D. DOMINI IOANNIS
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS
GRATIA ARCHIEPISCO
PI NEAPOLITANI,
ET EIVS CA
PITV
LI.

Confirmatæ per Reuerendissimum D. Do-
minum Alexandrum Caraffam, nunc
Archiepiscopum Neapoli-
tanum, & eius Ca-
pitulum.

Impressæ Anno a' Virginali partu
M. D. XLII.


Reuerendissimo D. Domino Alexandro Caraffa Archiepiscopo Neapolitano dignissimo Franciscus Tuppi, seruulus, foelicitatem.

OB TEMPORIS Antiquitatem, ob malorum ignauiam, mores, virtutes, religio, atq; praestantia Religionis, & sepulti & deprauatę videbantur: Tu equidem, qui Virtuti & Religioni continuo incumbis, vt bonus pastor, vis econtinuo vt ad astra dignitas pastoralis perueniat: tu Ecclesiam tuam in Religione conseruas, & Clero religiosissimo Capitulum decorasti. Voluisti Constitutiones sinodales, antiquis Pastoribus approbatas, clarere, vt letentur boni, & reprobi opprimantur. Propriis itaq; sumptibus tuae Reuerendissimae Dominationi illas imprimere curaui, & tibi dedicaui, vt noscant posteri uirtutem tuam, & iustitiam, quam colis, commendent. Vale.

1

Praeambulum, cum debita inuocatione coele stium Numinum, quorum benigno fa- uore bene caepta, per- ficiuntur.





N NOMINE domini nostri Iesu Christi, beatae vir ginis gloriosę Matris eius, beatae Catherinae martiris, & beati Ianuarii, totiusq; coelestis curiae, Amen. Nos Ioannes Dei & Apostolicae sedis gratia Archiepisco- pus Neapolitanus, suscepti Pastoralis regiminis nos cura sollicitat, sic vtilitatibus subiectorum, in illis prae- cipue, quae animarum saluti consulunt, nunc nouo editione Iurium nunc antiquorum confirmatione, sollicite prouidere, vt a quibuslibet noxiis praeseruemur. Verum, quia audatio exigit vt non si mus sola prohibitione contenti, sed poenas delinquētibus imponamus. Ideo habita sup hoc diligenti deliberatione vnà nobiscum Capituli no- strae maioris Neapolitanae Ecclesiae cōfirmamus, vnà cum consensu eius- dem Capituli, & cum eodem Capitulo Constitutiones infrascriptas per nost ros praedecessores & Vicarios editas: Confirmamus etiam de nouo edicimus, statuimus, ordinamus, atq; firmamus subnotatas Constitutio- nes additas perpetuo valituras. Insuper, de nostra certa scientia cassan- tes, reuocantes, irritantes, & annullantes quascunq; alias Constitutiones siue statuta per nostros prędecessores, seu nos & nostros Vicarios editas, in praesenti Volumine non insertas, nec impressas, ipsasq; decernimus & volumus existere viribus vacuatas, & nullius valoris firmitatem habere, exceptis Capitulis, Constitutionibus, & Statutis inter vassallos Neapolita nae Ecclesiae per nos & nostros Vicarios ordinatas: Quas & quae volu- mus & decernimus habere (vt prius) efficaciam & vigorem.

Constitutio prima.

Excommunicatio contra blasphemantes Deum, Beatam virginem Mariam, vel Sanctos eius.

HOrrendum facinus polluti oris internis affectibus compesce- re cupientes, excommunicamus sententialiter in his scriptis om nes & singulos mares & foeminas publice blassemantes Deum, Beatam Virginem Mariam, matrem eius, seu Sanctos, vel aliquem ex Sanctis eius.

Constitutio secunda.

Excommunicatio contra hæreticos & scismaticos.

HAereticorum & scismaticorum pestem improbam psternnetes, omnes & singulos hæreticos, & scismaticos, eorum fautores, receptatores, & auxiliatores excommunicamus sententialiter in his scriptis.

Constitutio tertia.

Excommunicatio contra sacrilegos.

SAcrilegorum nephandam esuriem reprimentes, excommunicamus sententialiter in his scriptis, omnes & singulos fures, subtrahentes de Ecclesiis seu Capellis ciuitatis & diocesis neapolitanæ, calices, seu libros, vel vestimenta sacerdotalia, seu paramenta altaris, thuribulum, siue crucem, candelabrum, siue aliquod prædictorum, vel aliquid aliud ad diuinum obsequium deputatum, & generaliter omnes & singulos sacrilegos, eorumq; participes in crimine memorato.

Constitutio quarta.

Excommunicatio contra veneficos, sortilegos, & diuinatores, & accedentes ad eos.

AD veneficiorum, sortilegorum, & diuinatorꝝ damnabilem astutiam elidendum, excõicamus sententialiter in his scriptis omnes & singulos qui præt extu captandæ dilectionis, vel odii inferendi, aliqđ poculum, siue cibum alicui dederint, & incantationes, siue diuinationes facientes per inuocationem Dæmonum, proiectionem plumbi, siue ceræ liquefactæ, vulgariter dictæ, luseue, fabarum, salis, oui, in aqua, & orinali, vel aliter, & generaliter omnes veneficos, sortilegos, & diuinatores, & qui ad eos accesserint prædictis sortilegiis, veneficiis, & diuinationibus, eorumq; participes, ac prædictis psonis, vel ipsarum alteri quo ad prædicta præstantes auxilium, consilium, & fauorem.

Constitutio quinta.

Excommunicatio contra dantes & recipientes de crismate & oleo sancto pro aliqua diuinatione, veneficio, aut sortilegio.

ITem sicut fidedigna relatione percepimus, nonnulli sacerdotes & alii clerici saeculares dare & exhibere ꝯsueuerunt de crismate & oleo sancto nonnullis personis, qui illo in operibus diuinationum, veneficiorum, aut sortilegiorum vtuntur, seu in alios vsus illicitos illud conuerterunt, in ipsorum animarum periculum, & in manifestum opprobrium, ac contemptum Dei & sacramenti ecclesiastici, ad quod ipsum crisma & oleum deputatum dignoscitur: excommunicamus sententialiter in his scripdis, dantes & recipientes huiusmodi decaetero ipsum crisma vel oleum sanctum, & dictam excommunicationis sententiam ipsos incurrere volumus ipso facto.

Constitutio sexta.

Excommunicatio contra incendiarios possessionum ecclesiarum & aliarum priuatarum personarum.

INcendiariorum latentem perfidiam, pronis desideriis elimantes, excommunicamus omnes & singulos incendiarios domorum, fundorum, & aliarum rerum ecclesiasticarum, ac etiam aliarum personarum publicarum & priuatarum.

Constitutio septima.

Excommunicatio contra adulteros & adulteras manifeste.

CArnis contagium, quod vtriusq; testamenti pagina detestatum est, extirpare radicitus cupientes: excommunicamus sententialiter in his scriptis omnes & singulos adulteros & adulteras manifestos.

Constitutio octaua.

Excommunicatio contra contrahentes de facto secundo loco matrimonium, post contractum cum alia primo matrimonium de praesenti legitime.

PErduxit ad nos relatio fidedigna, ꝙ nonnulli lubricae voluptatis post contracta legitime matrimonia de praesenti, cum aliis secundo contrahunt, aliquaue post contracta prima legitime matrimonia de prçsenti, eorum praeconceptam nequitiam occultantes, cum aliis clandestine fugiunt, quibus adhaerent iugiter vt maritis, volentes huic morbo, qui

uelut cancer inualuit per noua mordecinæ remedia officii debito prosequi dere:monemus omnes & singulos supradictos,eorumq; participes,& ad prædicta præstátes auxilium,consilium,& fauorem,quatenus attentare deinceps similia non præsumât:in contrafacientes exnunc put extunc in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus.

Constitutio nona.

Excommunicatio contra usurarios publicos.

Avaritiæ,quæ est idolorum seruitus,radicem studiosius extirpantes, excommunicamus sententialiter in his scriptis omnes & singulos usurarios manifestos.

Constitutio decima.

Aduersum inientes & scribentes,seu scribi facientes contractus fictitios in fraudem usurarum.

PEruenit ad nos,insinuatione multorum,q exercétes uoraginem usurarum in ciuitate & diocesi neap.ut eorum lateant crimina,ptractus fictitios,in fraudem iniunt usurarum:igitur ad clamores hmõi,debito officiali excitati,statuimus & confirmamus q nullus de ciuitate uel diocesi neap.uel morantes in eis in fraudem usurarz,uel etiam sine fraude usurarum audeant scribere,uel scribi,uel poni facere in aliquo instruméto uel cuiuscunq; obligationis scriptura,maiorem quantitatem,uera sorte,nec aliud quicq fictitie,nisi qd in ueritate fuerit mutuatum,depositum,uel etiam cõmodatum,& alium pro alio ptractum celebrare minime,uel ini re etin ptrafacientes autem exnunc put extunc excõicationis sniam ferimus in his scriptis:declaramus etiam & statuimus,q ad pbationem fraudis prædictæ & criminis usurarum prædicti sufficiat testimonium quinque bonoz uiroz deponentium de fama publica,dũmodo creditor ipsius instrumenti uel scripturę,q aliqñ usuras exercuerit fuerit infamatus.

Constitutio undecima.

VSurariorum latentem neqtiam,qui non tam utunt pecuniis,sed & loquamur,ppriis abutuntur sanctorũ patrum sentẽtiis,pdẽnatam undecunq; claruerit inultam relinquere,ex debito pastoralis regiminis non ualentes,sed ipsam,qtum licet & expedit,persequi disponentes:hu

itus nostrae constitutionis,seu statuti serie,perpetue ualitura,edicimus,declaramus,statuimus,atq; firmamus q ad pbationem plenariam & legitimam criminis hmôi usurarum,delati qualitercunq;,uel etiam inqsiti in nostra archiepali curia neap. sufficiat,ut.s.testimonium qnq; bonorum uirorum deponētium ɔtra delatum,inqsitum,seu accusatum de crimine hmôi usurarum,de fama publica,dūmodo denūciatus ipse,inqsitus,siue accusatus de dicto crimine, q aliqñ usuras exercuerit fuerit infamatus, ac ex pbatione hmôi facta taliter reus iam dicti criminis possit legitime puniri,ac etiam condemnari,ne maleficia remaneant impunita.

Constitutio duodecima.

Excommunicatio contra falsarios quorumlibet instrumentorum,& specialiter literarum apostolicarum.

AD falsarios ausus reprobos refrenandos,excōicamus sententialiter in his scriptis oēs & singulos falsarios instrumentorum,quae neap. ordinationes nuncupant,& aliorum instrumentorum quorumcunq;,& praecipue,literarum apostolicarum,& neapolitani Antistitis,seu Vicarii, & curiae archiepiscopalis neapolitanae.

Constitutio decima tertia.

In perhibentes falsum testimonium,& utentes falsis testibus, attestationibus,seu instrumentis scienter.

TEmeritatem effrenatam falsorū testium reprimentes,excōicamus sententialiter in his scriptis oēs & singulos phibentes,seu pducentes falsum testimonium,seu falsos testes,uel utētes testibus,uel attestationibus,uel qbuscūq; instrumentis falsis scienter in quacūq; curia ciuitatis uel diocesis neap. & nihilominus prӕter poenam excōicationis praedictam delinquentes in aliquo praedictorum in nostra archiepiscopali curia neapolitana nostro arbitrio decernimus puniendos.

Constitutio decima quarta.

Contra proiicientes lapides,uel spurcitias in corpora senum mortuorum.

VEnerandam senectutem,attestante iuris censura probabilis,excommunicamus sententialiter in his scriptis omnes & singulos qui di-

gni reprehensione in senum seu antiquorum funeribus, quorum corpo ra mortua ad ecclesiam deferuntur, lapillos, aut lutum proiiciunt, seu ali as illusiones derisorias faciunt, in reuerendae senectutis opprobrium & humanitatis, manifestam iniuriam & offensam.

Constitutio decima quinta.

Monitio contra tenentes apothecam apertam in diebus festiuis, vel vendentes mercimonia, praeter comoestibilia, potabilia, & moedicinalia.

CONsiderantes attentius festiuos dies maiestatis Altissimi dedicatos nullis debere voluptatibus occupari: monemus omnes & singulos barbitonsores & alios artifices artis seu ministerii mechanici cuiuscunque de ciuitate & dioecesi neapolitana, & commorantes in eis, quatenus sub excommunicationis poena tenere apertam apothecam ad vendendum quaecunque mercimonia, vel laborare in arte sua non debeant diebus dominicis, seu solennibus festiuitatibus, Natiuitatis, Epiphaniae, Resurrectionis, & Ascensionis dominicae, in die Veneris sancto, in die Eucharistiae, vel Penthecostes, vel Assumptionis, Purificationis, Annunciationis, vel natiuitatis beatae Mariae virginis, aut beati Ioannis baptistae, vel solemnibus festis Apostolorum, quatuor Euangelistarum, sanctae Crucis, sanctorum Ianuarii, Agrippini, Athenasii, Asperi, Eufirmi, Seuerii, Georgii, Anelli, Luciae, Restitutae, Catharinae, Margaritae, & aliorum festorum duplicium & semiduplicium, his duntaxat exceptis qui comestibilia, potabilia, vel medicinalia vendiderint.

Constitutio decima sexta.

Monitio contra reponentes, & reponi facientes aliquid non deputatum ad diuinum cultum in ecclesiis seu Capellis.

CVm ecclesiae orationum & non repositoriae debeant esse domus: monemus omnes & singulos de ciuitate & dioecesi neapolitana, & commorantes in eis, quatenus sub excommunicationis pena in ecclesiis ipsis vegetes, trabes, & quaecunque alia ad diuinum cultum non pertinentia non reponant, nec reponi faciant, & repositas extrahi faciant infra decem dies a die publicationis praesentium computandos.

Constitutio decima septima.

Excommunicatio contra ludentes ad azardum, vel taxillos, peccantes carnaliter, vel cõmittentes lenocinia in ecclesiis.

QVia sunt nonnulli qui venerandis ecclesiis non minus in grauem offensam Dei, maliq; exempli pernitiem q̃ scandalum fidelium populoꝝ ad taxillos ludere, vel qđ horribilius percipitur auribus, lenocinia, fornicationes, adulteria, incestus, stupra, necnon nephandam libidinem ꝑpetrare, reprobis ausibus non verentur: officii debito excitati contra omnes & singulos præmissoꝝ facinoꝝ perpetratores, vel ipsoꝝ alicuius, eorumq; participes, ac quo ad prædicta prestantes auxilium, cõsilium, & fauorem, & presertim in premissis, vel ipsoꝝ in altero in maiori neapolitana ecclesia delinquentes: & vt omnis precludatur via nequitie, & infra domos, seu Capellas ipsaꝝ ecclesiaꝝ ad diuinum officium deputatas, vel in cimiteriis, seu ipsoꝝ campanilibus, in præmissis, seu aliquo ipsorum delinquentes, excõicationis sententiam ferimus in his scriptis.

Monitio.

POrrò ad cuiuslibet actus noxii in eisdem ecclesiis ꝑpetranda omnem materiam decidẽdũ monemus omnes & singulos mares & fœminas de ciuitate & diocesi neapolitana, & commorantes in eis, cuiuscunq; status & conditionis existant, quatenus sub excõmunicationis pœna in iam dictis ecclesiis conuiuia facere, ad pilam ludere, vel choreas exercere de cetero non audeant vel præsumant.

Constitutio decima nona.

Quòd deuastantes figuras depictas Sanctoꝝ condemnentur camere dicti domini Archiepiscopi, & refici faciant eoꝝ expensis figuras deuastatas, & nihilominus constringantur vel detineantur in carcere archiep̃ali vnum mensem.

CVm plerũq; ex nefario ludo azardi huiusmodi nõ solum impie blasphemie prodeant, veꝝ idem ludentes deguastare Sanctoꝝ depictas imagines in ipsoꝝ obprobrium animarumq; periculum non verentur: enormitati tanti discriminis ꝑpensius obuiantes, patratorem huiusmodi ad refectionem picturæ dicte imaginis vel figuræ deguastate suis sumptibus

bus & expensis mulctamus, & nihilominus fustigandum a loco cōmissi criminis vsq; ad palatium archiepatus, & detinendum captiuum in carcere curiæ archiepiscopalis neapolitanę per mensem vnum pro pœna, & pro pœnitentia patrandi criminis supradicti puniendo vice qualibet decernimus in his scriptis.

Constitutio uigesima

Quod ludentes ad azardum in ecclesiis vel ambitibus neap. ecclesiæ detineantur in carcere archiepali octo diebus.

STatuendo insuper & firmando omnes & singulos laicos ludentes ad azardum in maiori ecclesia neapolitana, vel ambitibus suis, vel in aliis ecclesiis ciuitatis & diocesis neap. in tarenis auri duobus in opus pium applicandis, vel q; nouem diebus continuis in carceribus curię archiepiscopalis detineant puniendos vice qualibet decernimus in his scriptis.

Constitutio uigesima prima.

Excōmunicatio contra proiicientes uiras, bulzonos, sagittas, p rectas, lapides, uel quicquid aliud dānosum ad tectum, seu fenestras neap. ecclesiæ, uel aliarum ecclesiarum.

INdemnitati nostræ maioris neap. ecclesiæ & aliarū ecclesiarū, put sollicitat nos cura suscepti regiminis, puidentes, omnes & singulos qui balistis, seu arcubus, uel aliter piecerint uiras, bulzonos, sagittas per rectas lapides, uel quicqd aliud dānosum ad tectum, seu fenestras ipsius neapolitanæ ecclesiæ, uel aliarū ecclesiarum prædictarū ciuitatis & diocesis neapolitanæ, excommunicamus sententialiter in his scriptis.

Constitutio uigesima secunda.

Excommunicatio contra proiicientes uel facientes proiici immunditias in ambitibus neap. ecclesiæ, uel aliarum ecclesiarum.

HOnorem debitum uenerandis ecclesiis exhiberi uolentes oēs & singulos piicientes, uel piici facientes immunditiam, terram, cadauera bestiarū, spurcitias, uel alia inhonesta in curribus, seu ambitibus maioris ecclesiæ neapolitanæ, uel aliarum ecclesiarum ciuitatis & diocesis neapolitanæ, excommunicamus sententialiter in his scriptis.

Constitutio uigesima tertia.

In occupatores bonorum & iurium neap. ecclesiæ & aliarum.

Sunt nonnulli, put multoꝝ habet assertio, qui terras, prata, pascua, sesinas, molendina, furnos, nemora, domos, census, instrumēta, acta, registra, priuilegia, & alia bona & iura ad neap. ecclesiam, & alias ciuitatis & diocesis neap. pleno iure spectantia, detinent occupata, & soluere & restituere negligunt in ipsoꝝ aīaꝝ piculum, prædictarūq; ecclesiaꝝ pręiudicium & grauamen: indēnitati earundem ecclesiaꝝ ex cura suscepti regiminis puidentes, reqrimus & monemus oēs & singulos occupatores & detentores hmōi eorūq; ꝯsentientes, ut prædicta oīa & singula integraliter, & cum effectu resignare, ꝑsoluere, & restituere debeant, absq; mora, prædictis ecclesijs, uel ad quos eaꝝ gubernatio ptinere dignoscitur, necnon & participes, & scientes confestim debeant reuelare: in ꝯtrafaciētes exnunc put extūc excōicationis sniam ferimus sentētialr in his scriptis.

Constitutio uigesima quarta:

Contra turbatores bonorum & iurium ecclesiarum.

Excōicamus insup sniałr in his sc iptis oēs & singulos indebite turbatores & molestatores possessionum & bonoꝝ maioris neap. ecclesię, tam mobilium q̄ stabilium, necnon sesinaꝝ, iurium, reddituum, census, & alioꝝ puentuum dictæ ecclesiæ, ac ēt possessionum, iurium, & bonoꝝ fructuū, reddituū, & puentuū aliaꝝ ecclesiaꝝ ciuitatis & dioce. neap. eorūq; participes & sciētes, q quo ad prædicta dederint auxiliū, ꝯsiliū, & fauorē.

Constitutio uigesima quinta.

Contra tenentes recōmendata beneficia, uel aliter absq; iusto titulo, & non resignantes infra octo dies a die publicationis.

Item qa nōnulli in ciuitate & diocesi supradictis beneficia, seu beneficium ut cōmendata detinere dicūt, quæ ad collationem nr̄am noscuntur iure ordinario ptinere: excōicamus sententialiter in his scriptis tenētes recōmendata talr, seu a liter, dicta beneficia, uel ipsoꝝ aliqđ absq; iusto titulo, eorūq; participes, & scientes, non resignātes nobis eadem, vel non reuelantes nobis oretenus, literatorie, publice, uel secrete infra dies octo a die publicationis præsentium computandos.

Constitutio uigesima sexta.

Excõmunicatio contra notarios scribentes testamenta & non n oti ficantes ea dictę curię infra octo dies ab obitu testatoris.

VOlentes vt pię voluntates vltimę defunctoꝝ exequutioni debitæ demandentur, omnes & singulos notarios & curiales habentes seu scribentes testamenta & vltimas voluntates & non nũciantes eidem nostræ curię infra dies octo a die obitus testatoris, & nõ dando copiam de his in q̃bus tangitur ipsa nostra maior neap. ecclesia, vel neap. Antistes ꝑ ea post annum cõputandum a die obitus supradicti non dantis copiam testamentoꝝ integram eidem curię, excõicamus sn̄ialiter in his scriptis.

Constitutio uigesima septima.

Excõmunicatio contra non exequentes testamenta infra an num a die obitus testatoris & occultantes eadem.

EXcõiçamus & sn̄ialiter in his scriptis oẽs & singulos occultantes testamẽta seu gesta quominus exequutioni debitę demandent̃, & sine cã legitima differũt, quominus ipsa infra annũ cõputãdum a die obitus testatoris testamẽta prędicta siue gesta exequutioni debitę demandent̃.

Constitutio uigesima octaua.

Cõtra non soluentes quartariam infra mẽsem a die receptionis legatoꝝ.

EXcõmunicamus etiam sententialiter in his scriptis omnes & singu- los qui receperunt vel receperint aliqua legata seu relict ı, de quibus nobis quarta debetur, & ipsam quartam non soluerunt, vel nisi soluerint infra mensem a die receptionis huiusmodi legatorum.

Constitutio uigesima nona.

Contra apponentes & apponi facientes iuramenta in ꝯtractibus vassal loꝝ ecclesię neap. & facientes ꝯtractus alienationis vel pignoratio- nis bonoꝝ eorundem, neap. Antistitis conscientia inconsulta.

ITem monemus & inducimus vniuersos & singulos de ciuitate & dio cesis neap. commorantes in eis, contrahentes & inientes contractus

cuiuscunq;

generis seu obligationis cum vassallis ecclesiæ Neapolitanæ, cum scri-
ptura, vel sine scriptis, ac curiales omnes & singulos, & cæteros alios no
tarios seu scribas ciuitatis & diocesis prædictarum, & commorantes in
eis, etiam sub pœna excommunicationis, canonica monitione præmis-
sa, monemus, ac etiam mandamus eisdem a dictis vassallis ecclesiæ Nea
politanæ, quan do cum aliis vel eisdem contrahentibus contrahunt, aut
inter seipsos iuramenta non exigant de obseruandis præmissis, nec ap-
ponant, ue lapponi faciant huiusmodi iuramenta in cautelis ipsorum,
nec contractum aliquem faciant cuiuscunque alienationis seu pignoratio
nis bonorum stabilium ipsorum vassallorum, nostra conscientia incon-
sulta: in contrafacientes vero, dicta canonica monitione præmissa, ex-
communicationis sententiam ferimus in his scriptis.

Constitutio trigesima.

Excommunicatio contra vtentes priuilegiis alicuius
in dulgentiæ domini Neapolitani An
tistitis conscientia inconsulta.

ANimabus fidelium ne decipiantur salubriter occurrentes, excom-
municamus sententialiter in his scriptis omnes & singulos de ciui
tate vel diocesi Neapolitana, & commorantes in eis, qui surreptitie præ
ter nostram conscientiam vtuntur literis alicuius indulgentię, concessis
olim per prędecessores nostros vel Capitulum Neapolitanum aliqui-
bus ecclesiis seu hospitalibus ciuitatis & diocesis prædictarum.

Constitutio trigesima prima.

Quod clerici & præsbiteri non deferentes biretum vel
ceprensem clausum soluant tarenos tres,
vel stent in carcere sex diebus.

VOlentes clericos & præsbiteros vniuersos nostro pastorali com-
missos regimini, prout tangit nos sollicitudo iniuncti officii, mori-
bus conformare, monemus omnes & singulos canonicos nostræ maio-
ris ecclesiæ Neapolitanæ, rectores ecclesiarum ciuitatis & diocesis Nea
politanæ prædictarum, in eis commorantes, quatenus ipsorum quili-
bet infra dies qndecim, a die publicationis præsentium computandum,
debeant se conformare ad portandum habitum clericalem dicti, videli
cet, canonici, & rectores intra ciuitatem & in ecclesiis in publico ince-

dant indui desupèr capa longa seu tabarro congruentibus honestati or
dinis clericalis, præfati vero præsbiteri biretum, vulgariter nuncupa
tum, uel caputium super caput suum & tonsuram deferant congruen
tem, ac etiam clausa undiq; deferāt præsbiteri de ciuitate prædicta Nea
politana, & in ea commorantes intra ciuitatem prædictam, & præsbi
teri de dicta dioceſi, & commorantes in ea intra casalia in quibus habi
tant sita intra prędictam dioceſim, ac etiam intra ipsam ciuitatem, desu
per, & in publico, & in ecclesia indumenta, videlicet, capam, seu tabar
rum, ceprensem, seu cotarditam amplas & longas, breuitate nimia, vel
longitudine non notandi, sed honestati præsbiteratus ordinis congru
entes: contemptorem autem præmissorum, vel alicuius eorum in tare
nis auri tribus, applicandis ad pium opus, vel detrudendum, arestādum
& detinendum captiuum sex diebus in carcere supradicto, puniendum
vice qualibet decernimus in hiis scriptis.

Constitutio trigesima secunda.

QVoniam in epistola decretali describit, clerici neq; comā nutriant,
nec barbam, monemus oēs & singulos clericos de ciuitate & dio
cesi Neapolitana, & commorantes in eis, quatenus barbam vel co
mam nutrire, seu deferre non audeant, uel præsumant, sed tonsuram &
clericam deferant congruentes: contemptorem vero quemlibet in tare
nis auri tribus in opus pium conuertendis, ut s. mulctandum uel detru
dendum, arestandum, & captiuum detinendum in supradicto carcere
sex diebus puniendum uice qualibet decernimus in his scriptis.

Constitutio trigesima tertia.

Excommunicatio contra præsbiteros forenses ce
lebrantes, uel sacramenta ecclesiastica
ministrantes in ciuitate uel dio
cesi neapolitana.

SAepe contingit q nonnulli vinculo excommunicationis astricti, aut
apostatæ, uel irregulares, seu criminosos, & sacramentorum partici
cipatione indigni, suam patriam, antequam de hiis habeatur noticia, fu
gientes, se in ciuitate & diocesi neapolitana improbe ingerunt celebra
tioni missarum, & populo præsumunt, non sine graui offensa Dei, mini
strare ecclesiastica sacramenta. nos igitur animarum ipsorum periculis
obuiare, & Christi fidelibus, ne decipiantur, occurrere, officii debito cu

pientes,statuimus q nullus,natione ignotus,forensis,aut alterius ciuitatis,aut diocesis oriundus,q de quolibet præsumatur,nisi,saltem per famam,ipsius origo neapolitana,uel competentibus indiciis approbetur, audeat,uel præsumat in ciuitate & diocesi neapolitana missam uel missas celebrare,nec aliqua ministrare ecclesiastica sacramenta,sine nostra licentia speciali:in contrafacientes excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis:iudicamus autem dictam licentiam nullatenus,etiam de gratia concedenda,nisi de uita,ordinibus,& moribus,atq eius sufficientia plenaria fiet fides:& concessas omnes cuiuscunq tenoris licentias huiusmodi præsentibus reuocamus.

Constitutio trigesima quarta.

Excommunicatio contra tenentes ultra septem missas in hebdomada.

Quia,prout ad nostrum peruenit auditum, plerique sacerdotes, non quæ Iesu Christi sunt quærentes,lucris, in spiritualibus. inhærentes in ciuitate uel diocesi neapolitana ultra septem missas in hebdomada in beneficium assequuntur, qui non ualentes personaliter seruire,eisdem per substitutos minus legitime seruiunt, quinimmo deseruiunt contra sacrorum canonum instituta. uolentes, prout officii debitum nos compellit,de salubri remedio prouidere, monemus omnes & singulos sacerdotes ciuitatis & diocesis neapolitanæ, & in eis commorantes vna monitione pro omnibus,quatenus infra qndecim dies a die publicationis præsentium computandos, missas ultra septem numero supradictas,et ipsarum beneficia nobis,uel illis ad quos spectat collatio & præsentatio earundem debeant resignare,et in futurum ultra prædictum numerum non debeant acceptare: contemptorem uero quemlibet exnunc prout extunc, dicta monitione præmissa canonica, excommunicamus sententialiter in hiis scriptis.

Constitutio trigesima quinta:

Excommunicatio contra exequutores,q assignent possessiones celebrantibus missas ipsas.

Item aduertentes propensius ne defunctorum uoluntates ultimæ defraudentur,sed quãtum licet & expedit, cum aliud uelle non possint, & iterum arbitrium iam non redit, exequutioni debitæ demandentur.

Declarando decernimus ꝙ non liceat exequutori alicui testamentario, uel alteri, qui ex dispositione, seu commissione habeat missas aliquas facere celebrari, domos, terras, uel alias possessiones, ad hæc specialiter deputatas, tenere, certam dando pecuniam missas celebrantibus supradictas, sed domos & possessiones prædictas assignent missas tales celebrātibus, infra quindecim dies a die publicationis præsentium computandos, nisi per testatorem aliud fuerit ordinatum: alioqn contemptorem quemlibet exnunc prout extunc, dicta monitione præmissa canonica, excommunicamus sententialiter in his scriptis.

Constitutio trigesima sexta.

Monitio contra conferentes missas uel beneficia alia sine confirmatione neapolitani Archiepiscopi, & suspensio recipientium clericorum.

ITem quia sunt nonnulli clerici & laici in ciuitate & dioecesi neapolitana, quibus certorum beneficiorum, seu ecclesiarum, uel missarum præsentatio competit, ipsa pro ipsorum uolūtatis arbitrio conferentes, igitur cum eorundem beneficiorum, ecclesiarum, uel missarum institutio, seu cōfirmatio, ad ipsorum clericorum uel laicorum præsentationem noscatur deuenire, ad neapolitanum Antistitem pertinere: monemus omnes & singulos clericos et laicos supradictos, quatenus cum uacatio contingerit de prædictis, uel aliquo prædictorum, nobis debeant, prout eis competit, ad prædicta, uel ipsorum aliquod præsentare idoneum instituendum, seu confirmandum per nos, seu nostro mandato, prout iustitia suadebit, sub poena pditionis iuris quod in ipsis habuerit: clericum uero recipientem quemlibet contemptorem, dicta monitione præmissa canonica, exnunc prout extunc in his scriptis suspendimus a diuinis.

Constitutio trigesima septima.

Excommunicatio contra sacerdotes seruientes per substitutum sine licentia domini Archiepiscopi.

MOnemus insuper omnes et singulos præsbiteros supradictos quatenus habens capellam ppriam, seu altare, in qua seu quo ipsum quotidie, uel in certis diebus in hebdomada oporteat celebrare sub poena excōicationis

na excommunicationis, quam contra contemptorem quemlibet ferimus in his scriptis, in fraudem præsentis constitutionis per substitutum seruire nõ debeat, his dũtaxat exceptis, qui in casu necessitatis, vel de nostra licentia oporteret ipsos aliquatenus absentare, vel de causa alia rationabili suadente, & sine fraude hmõi per substitutum debeant deseruire.

Constitutio trigesima octaua.

Quòd celebrantes duas missas eadem die, a diuinis officiis sint suspensi.

ITem quia, sicut testimonio fidedigno percepimus, nonnulli qui zelo rapacitatis inuigilanter missas duas eadem die dicere non verentur in illusionem diuini iudicii, & exterminium canonicæ sanctionis: monemus omnes & singulos presbiteros ciuitatis & diocesis neapolita. in eis commorantes, quatenus, præterq̃ in die Natiuitatis Dominicæ, nullus præsbiter vna & eadem die missas duas dicere audeat, vel præsumat: cõtemptorem vero quemlibet exnunc prout extunc in his scriptis suspendimus a diuinis, & suspensum manere volumus & decernimus per præsentes, ipsumq; nihilominus ad carcerem archiepiscopalem prædictam detrudendum, arrestandum, & detinendum captiuum, & alio nostro arbitrio decernimus puniendum.

Constitutio trigesima nona.

Quòd clerici ludentes ad taxillos puniantur in tarenis quindecim, & portantes pedites arma, in vna Vncia.

VT clericorum actus & mores, quorum vita aliis debet esse magistra, in melius reformentur, omnes & singulos sacerdotes & clericos ciuitatis & diocesis neap. & commorantes in eis, ludentes ad taxillos, in tarenis quindecim, aut aliquod genus armorum pedites portando per ciuitatem prædictam, in vncia auri vna, carlenis argenti ad supradictę cameræ psoluendum puniendo decernimus vice qualibet in his scriptis.

Constitutio quadragesima.

Quòd clerici potantes in tabernis soluant vice qualibet florenum vnum.

SIcut percepimus testimonio fidedigno, sunt plerique sacerdotes & clerici qui potius relaxatis habenis q̃ freno honestatis ornati, more laicorum per tabernas discurrere non verent̄, denigrando modestiam ordinis clericalis: volentes cura pastoralis officii de salubri remedio ꝓuidere, oẽs & singulos sacerdotes, & clericos quoslibet bibentes vel comœdentes in aliqua taberna, vel ante ipsam in ciuitate prædicta uel suburbiis eius, in floreno auri vno uice qualibet, dictæ cameræ applicãdo, ut. s. mulctãdum, vel ad carcerem supradictum duodecim diebus detrudendum, arrestandum, & detinendum captiuum, puniendum decernimus in his scriptis, dumtaxat exceptis qui fuerint vel ueniendi ad eam de partibus aliis cũ accedendi extra ciuitatem ipsam ad partes alias in itineribus cõstituti.

Constitutio quadragesima prima.

Excommunicatio contra facientes se ordinari præter conscientiam neapolitani Antistitis.

VErentes attentius ꝙ nõnulli clerici de ciui. uel dioc. neap. & cõmorãtes in eis surreptitie ab alienis epis minus legitime ad sacros ordines se faciunt ꝓmoueri, excõicamus sententiaſr in his oẽs & singulos de ciuitate & diocesi supradictis qui surreptitie pręter nr̃am ꝯsciẽtiam, nostra nõ obtẽta licẽtia, ab aliquo prelato se fecerint ad aliquem ordinẽ ꝓmouere.

Constitutio quadragesima secunda.

Quod clerici exercentes mercimonia soluant vnciam unam.

INsinuatione frequenti nostris est auribus intimatũ, ꝙ nõnulli sacerdotes & alii clerici ciuitatis & diocesis neapolitanæ & cõmorantes in eis in sacris ordinibus ꝯstituti, mercãtias, tabernam, & alia mercimonia exercere in obprobrium ordinis clericalis, atque mali exempli pnitiem non verent̄: monemus oẽs & singulos sacerdotes & clericos supradictos q iatenus tabernam retinere, mercantias & alia mercimonia exercere p se vel alios ulterius non præsumant: contrafacientes vero in uncia auri vna carlenorum de argẽto, vt supradictæ camerę applicãda decernimus puniẽdos: declarantes aũt non includi in ꝯstitutione prædicta vẽdentes vinũ, seu fructus, & grecum, tabernariis vel aliis mercatoribus, licet dicti tabernarii uel mercatores dictũ græcum uel uinum vendãt, seu uendi faciant ad minutum: & locatores suarum domorum, q̃ q̃ conductores ipsarum, tabernam in eisdem uoluerint exercere, dummodo in dictæ constitutionis fraudem

nihil fiat:contrafacientes uero poenæ suspensionis officii & beneficii decernimus subiacere.

Constitutio quadragesima tertia.

Contra clericos & præsbiteros tenentes concubinas.

